V. 1236. *αἰτίας* suspectum habeo cum Meinekio. V. 1242. *εὐθύ σ*, eraso *σ*. V. 1244. *ἐπιρράξασ᾽* Dobraeus pro *ἐπιρρήξασ᾽*. V. 1245. *καλεῖ* Erfurdtius pro *κάλει*. V. 1246. Pro *παλαιῶν* malim *ματαίων*. V. 1250. *ἄνδρα*] *ἄνδρας* rec. et ita plura apographa. Eur. H. F. 950 comparatur ab Elmsleio.

δεινὸν δ' ἀύσας, ὡς ὑφηγητοῦ τινός,
πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ', ἐκ δὲ πυθμένων
ἔκλινε κοῖλα κλῆθρα κἀμπίπτει στέγῃ.
οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν,
πλεκταῖσιν αἰώραισιν ἐμπεπλεγμένην.
ὅπως δ' ὁρᾷ νιν, δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας,
χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην. ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.
ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους
περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο,
ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων,
αὐδῶν τοιαῦθ', ὁθούνεκ' οὐκ ὄψοιντό νιν
οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά,
ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν οὓς μὲν οὐκ ἔδει
ὀψοίαθ', οὓς δ' ἔχρῃζεν οὐ γνωσοίατο.
τοιαῦτ' ἐφυμνῶν πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ
ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα. φοίνιαι δ' ὁμοῦ
γλῆναι γένει' ἔτεγγον, οὐδ' ἀνίεσαν
φόνου μυδώσας σταγόνας, ἀλλ' ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χαλαζά θ' αἱματοῦσσ' ἐρρήγνυτο.
[τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν οὐ μόνου κακά,
ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά.]
ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος ἦν πάροιθε μὲν

V. 1251 ἀπολλύναι pr. cum litura super ν. V. 1260. ὑφ' ἡγητοῦ. Multa apographa habent ὑφηγητοῦ. V. 1264. sq. Vulgo πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην. ὁ δὲ | ὅπως ὁρᾷ κτέ. Cod. ὅπωσ δ' et sec. Wolf. ἐμπεπληγμένην. Quae mutavi de coniectura mea. In ἐμπεπλεγμένην tamen aliud participium latere suspicor. V. 1266. ἐπιδεγῆι, m. pr., ι tamen ab ead. m., ut videtur, in ει mutato. Spiritus et accentus super ἐπεὶ δὲ a m. rec. Verba ἐπεὶ — ὁρᾶν corrupta. V. 1270. ἄρθρα, altero ρ ex ω facto. V. 1271. ὄψοιτο (οιν superscr.), οιν a m. ant. ὄσσοιντο coni. Bergkius. V. 1275. τε ab alia m. aut. δε pr. Pro δ' ὁμοῦ malim δέ νιν. V. 1279. Cod. χαλάζης αἵματος. Correxit Porsonus. ἐρρήγνυτο de mea coniectura dedi pro ἐτέγγετο. V. 1280, sq. suspectos habeo cum Dindorfio: ita tamen, ut in genuino rum locum suffectos putem.

ὄλβος δικαίως, νῦν δὲ τῇδε θἠμέρᾳ
στεναγμός, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη, κακῶν
ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.

ΧΟΡΟΣ.

νῦν δ' ἔσθ' ὁ τλήμων ἐν τίνι σχολῇ κακοῦ;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

βοᾷ διοίγειν κλῇθρα καὶ δηλοῦν τινὰ
τοῖς πᾶσι Καδμείοισι τὸν πατροκτόνον,
τὸν μητρὸς — αὐδῶν ἀνόσι' οὐδὲ ῥητά μοι,
ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν, οὐδ' ἔτι
μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο.
ῥώμης γε μέντοι καὶ προηγητοῦ τινὸς
δεῖται· τὸ γὰρ νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν.
δείξει δὲ καὶ σοί. κλῇθρα γὰρ πυλῶν τάδε
διοίγεται· θέαμα δ' εἰσόψει τάχα
τοιοῦτον οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθος ἀνθρώποις,
ὦ δεινότατον πάντων ὅσ' ἐμοὶ
προσέκυρσ' ἤδη. τίς σ', ὦ τλῆμον,
προσέβη μανία, τίς ὁ πηδήσας
μάσσονα δαίμων τῶν μακίστων
πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ;
ἀλλ' οὐδ' ἐσιδεῖν δύναμαί σ', ἐθέλων
πόλλ' ἀνερέσθαι, πολλὰ πυθέσθαι·
[πολλὰ δ' ἀθρῆσαι]

V. 1283. τῇιδέθ' ἡμέραι. Nauckius e Lobeckii coniectura edidit τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. V. 1289. μητέρ' — corrigit Nauckius. μὴ προσαυδῶν pr., μητρὸσ αὐδῶν in litura a m. ant. V. 1294. κλῇιθρά γε. V. 1298. ἐμοὶ scripsi pro ἐγώ. V. 1299. σ' a m. ant. additum. V. 1301. μακίστων a m. pr. e κακίστων factum. μάσσονα dedi pro μείζονα. V. 1303. Post μοίρᾳ praeeunte Dindorfio omisi verba φεῦ φεῦ δύστανος, huc invecta e sqq. v. 1307. V. 1304. σ' ἐθέλων pro σε θέλων Dind. e duobus apographis. V. 1305. Vocabula πολλὰ δ' ἀθρῆσαι spuria esse concedo Nauckio et Heimsoethio, nec praestiterim Sophoclea esse verba πολλὰ πυθέσθαι, suspecta etiam illi.

τοίαν φρίκην παρέχεις μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰαῖ αἰαῖ,
φεῦ φεῦ δύστανος ἐγώ. ποῖ γᾶς
φέρομαι τλάμων; πᾶ μοι φθογγά;
φοράδην μοι, δαῖμον, ἐνήλω.

ΧΟΡΟΣ.

ἐς δεινόν, οὐδ' ἀκουστόν, οὐδ' ἐπόψιμον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

στρ. α'. Ἰὼ σκότου
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον,
ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον ὄν.
οἴμοι,
οἴμοι μάλ' αὖθις· οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
κέντρων τε τῶνδ' οἴστρημα καὶ μνήμη κακῶν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ θαῦμά γ' οὐδὲν ἐν τοσοῖσδε πήμασιν
διπλᾶ σε πενθεῖν καὶ διπλᾶ θροεῖν κακά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντ. α'. Ἰὼ φίλος,
σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος· ἔτι γὰρ
ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεμών.
φεῦ φεῦ.
οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς,
καίπερ σκοτεινός, τήν γε σὴν αὐδὴν ὅμως.

V. 1307. Cod. αἶ αἶ αἶ. V. 1311. Cod. πᾶι μοι φθογγὰ | διαπέταται φοράδην; | ἰὼ δαῖμον ἵν' ἐξήλου. In his διαπέταται delevit Dindorfius. Cetera, licet incerta sint, constitui ad mentem Nauckii, nisi quod hic minus recte scripsit ἐνήλου. V. 1312. Malim per exclamationem scribere ὡς δεινόν κτέ. V. 1314. ἐπιπλώμενον. V. 1315. ἀδάμαστον. Corr. Hermannus. ὄν addidit idem. Lectio incerta. V. 1320. θροεῖν e Nauckii coniectura dedi pro φορεῖν. V. 1322. ἐμὸς ἐπίπολος] γρ. καὶ ἐμοῖς ἐπὶ πόνοις S. Hinc Bergkius coni. σὺ μὲν ἐμοῖς πόνοις. V. 1323. κηδεμών pro κηδεύων eiusdem est coniectura. V. 1325. γινώσκω. V. 1326. αυδὴν] Inter υ et δ aliquid erasum.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ δεινὰ δράσας, πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς
ὄψεις μαρᾶναι; τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

στρ. β'. Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι,
ὁ κακὰ [κακὰ] τελῶν [ἐμὰ] τάδ' ἐμὰ πάθη.
ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις, ἀλλ' ἐγὼ τλάμων.
τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾶν,
ὅτῳ γ' ὁρῶντι μηδὲν ἦν ἰδεῖν γλυκύ;

ΧΟΡΟΣ.

ἦν ταῦθ' ὅπωσπερ καὶ σὺ φῄς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτόν, ἢ
στερκτόν, ἢ προσήγορον;
τί τ' ἔστ' ἀκούειν σὺν ἁδονᾷ, φίλοι;
ἀπάγετ' ἐκποδὼν ὅτι τάχιστά με,
ἀπάγετ', ὦ φίλοι, τὸν ὄλεθρον μέγαν,
τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς
ἐχθρότατον βροτῶν.

ΧΟΡΟΣ.

δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,
ὡς ἠθέλησα μηδὲ σ' ἂν γνῶναί ποτε·

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντ. β'. Ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας
νομὰς ἐπιποδίας ἔλαβε μ' ἀπό τε φόνου
ἔρυτο κἀνέσωσεν, οὐδὲν ἐς χάριν πράσσων

V. 1330. Vocabula uncis inclusa addidit una ex antiquioribus. πάθεα cod., quod correxi ad Dindorfii mentem. V. 1335. γ' corr. ex θ' m. ant. V. 1336. τάδ' cod. V. 1339. τί τ' ἔστ' correxi pro ἔτ' ἔστ'. σὺν inserui auctore Heimsoethio. ἁδονᾷ Dind. pro ἡδονᾷ. V. 1340. ἐκποδὼν rescripsi pro ἐκτόπιον. V. 1341. ὄλεθρον Turnebus pro ὀλέθριον. με γᾶς ingeniose coni. Bergkius. V. 1348. ὡς σ' (ὅσσ' pr.) ἠθέλησα μήδ' ἀναγνῶναί ποτ' ἂν cod. Correxit Neuius. V. 1349. ἀπ' ἀγρίας. Praepositio omissa in aliquot apographis. V. 1350. νομὰς pro νομάδος dedi cum Bergkio. Vulgo νομάδ' legitur ex Elmslei correctione. Plura in his turbata. ἔλαβέ μ' in ἔλυσε mutavit m. valde antiqua.

τότε γὰρ ἂν θανὼν
οὐκ ἦ φίλοισιν οὐδ' ἐμοὶ τοσόνδ' ἄχος.

ΧΟΡΟΣ.

θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς
ἦλθον, οὐδὲ νυμφίος
βροτοῖς ἐκλήθην ἂν ὧν ἔφυν ἄπο.
νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς,
ὁμολεχὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας.
εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν,
τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.
κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς μὲν τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα,
μή μ' ἐκδίδασκε, μηδὲ συμβούλευ' ἔτι.
ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων
πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολών,
οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρ', οἶν ἐμοὶ δυοῖν
ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.
ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος,
βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί;
οὐ δῆτα τοῖς γ' ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς ποτε·
οὐδ' ἄστυ γ', οὐδὲ πύργος, οὐδὲ δαιμόνων
ἀγάλμαθ' ἱρά, τῶν ὁ παντλήμων ἐγὼ
[κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφεὶς]

V. 1352. ἔρυτο Dind. pro ἔρρυτο et ἐς pro εἰς. V. 1355. ἦ idem pro ἦν. V. 1355. ἄχθος cod. V. 1359. ἂν inserui, monente Heimsoethio. V. 1360. ἄθεος Erfurdtius pro ἄθλιος. V. 1361. ὁμολεχὴς pro ὁμογενὴς Meinekius. V. 1365. ἔτι Hermannus pro ἔφυ (sic). V. 1373. οἶν in litura m. ant. pro οὖν, ut videtur. Duebn. M. pr. οὖν, cui ead. m. aliquid superscr., quod nunc legi nequit. Rec. m. οἶν. Wolf. V. 1379. ἱρά pro ἱερά Dind. V. 1380 mihi suspectus.

ἀπεστέρησ' ἐμαυτόν, αὐτὸς ἐννέπων
ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου.
τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν
ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν;
ἥκιστά γ'· ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν
πηγῆς δι' ὤτων φραγμός, οὐκ ἂν ἐσχόμην
τὸ μὴ ἀποκλῇσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας,
ἵν' ᾖ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν· τὸ γὰρ
τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ.
ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθύς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς;
ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.
[νῦν γὰρ κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι.]
ὦ τρεῖς κέλευθοι καὶ κεκρυμμένη νάπη
δρυμός τε καὶ στενωπὸς ἐν τριπλαῖς ὁδοῖς,
αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο
ἐπίετε πατρός, ἆρά μου μέμνησθ' ἔτι
οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν εἶτα δεῦρ' ἰὼν
ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις; ὦ γάμοι γάμοι,
ἐφύσαθ' ἡμᾶς καὶ φυτεύσαντες πάλιν
ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα κἀπεδείξατε
πατέρας ἀδελφοὺς παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον,

V. 1382. τὸν ἔκθεον suspicatur Badhamius, deleto v. sequente, qui si Sophocleus est, procul dubio monstrum alere censendus est. V. 1387. φαργμὸς mavult Dindorfius. ἀνεσχόμην cod. Corr. Brunckius. V. 1388. ἀποκλεῖσαι. V. 1389. ᾖ pro ἦν restitutum ex apographis. V. 1393. ἦ Elmsleius pro ἦν. V. 1397 merito suspectum habuit Hartungius. V. 1401. ἔτι] Recte sic plura apographa pro codicis lectione ὅτι, γρ. ὅταν S. V. 1405. τοὐμὸν pro ταὐτὸν edidit Nauckius. Cl. v. 792, suspicor ἄτλητον.

νύμφας γυναῖκας μητέρας τε, χὠπόσα
αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλόν,
ὅπως τάχιστα πρὸς θεῶν ἔξω μέ ποι
[καλύψατ', ἢ φονεύσατ', ἢ θαλάσσιον]
ἐκρίψατ', ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.
ἴτ', ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
πίθεσθε, μὴ δείσητε. τἀμὰ γὰρ κακὰ
οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε
Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν, ἐπεὶ
χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;
τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος; τὰ γὰρ
πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφηύρημαι κακός.

ΚΡΕΩΝ.

οὔθ' ὡς γελαστής, Οἰδίπους, ἐλήλυθα,
οὔθ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν.
* * * * * * * * * * * * *
ἀλλ' εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι
γένεθλα, τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα
αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου, τοιόνδ' ἄγος
ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι, τὸ μήτε γῆ
μήτ' ὄμβρος ἱρὸς μήτε φῶς προσδέξεται.
ἀλλ' ὡς τάχιστ' εἰς οἶκον ἐσκομίζετε·
τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν

V. 1410. ποι pro που, deleto v. sequente, scribendum proposuit Meinekius V. 1414. πείθεσθαι m. pr., πείθεσθε ant. Correxit Elmsleius. V. 1416 ἐς Dind. pro εἰς. V. 1421. ἐφηύρημαι Elmsl. pro ἐφεύρημαι. V. 1422. οὐ r., una post υ litera eluta; οὐχ rec. in mg. V. 1423. οὔθ' pr. οὐδ' rec., οὐχ alis rec. in mg. Post v. 1423 statuenda videtur aliquot versuum lacuna. V. 1428. ἱρὸς Dind. pro ἱερός.

μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς θεῶν, ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας,
ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμέ,
πιθοῦ τί μοι· πρὸς σοῦ γάρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχισθ', ὅπου
θνητῶν θανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος.

ΚΡΕΩΝ.

ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἥ γ' ἐκείνου πᾶσ' ἐδηλώθη φάτις,
τὸν πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ μ' ἀπολλύναι.

ΚΡΕΩΝ.

οὕτως ἐλέχθη ταῦθ'· ὅμως δ' ἵν' ἕσταμεν
χρείας ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως ἄρ' ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὕπερ;

ΚΡΕΩΝ.

καὶ γὰρ σὺ νῦν τἂν τῷ θεῷ πίστιν φέροις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ σοί γ' ἐπισκήπτω τε καὶ προστρέψομαι,
τῆς μὲν κατ' οἴκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον
θοῦ· καὶ γὰρ ὀρθῶς τῶν γε σῶν τελεῖς ὕπερ·
ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε
πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν,
ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται
οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τέ μοι

V. 1436. ῥίψον. V. 1437. θανοῦμαι Meinekius pro φανοῦμαι. V. 1445. τ' ἂν. V. 1446. τε] γε, superscripto τε a m. ant. προστρέψομαι, ε a m. pr. ex ι facto.

πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον,
ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω.
καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα, μήτε μ' ἂν νόσον
μήτ' ἄλλο πέρσαι μηδέν· οὐ γὰρ ἄν ποτε
θνήσκων ἐσώθην, μὴ 'πί τῳ δεινῷ κακῷ.
ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' ὅποιπερ εἶσ' ἴτω·
παίδων δὲ τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέον,
προθῇ μέριμναν· ἄνδρες εἰσίν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου·
τοῖν δ' ἀθλίοιν οἰκτροῖν τε παρθένοιν ἐμοῖν,
οἷν οὔποθ' ἡμὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς
τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλ', ὅσων ἐγὼ
ψαύοιμι, πάντων τῶνδ' ἀεὶ μετειχέτην·
τοῖν μοι μέλεσθαι· καὶ μάλιστα μὲν χεροῖν
ψαῦσαί μ' ἔασον κἀποκλαύσασθαι κακά.
ἴθ', ὦναξ,
ἴθ' ὦ γονῇ γενναῖε· χερσὶ τἂν θιγὼν
δοκοῖμ' ἔχειν σφάς, ὥσπερ ἡνίκ' ἔβλεπον.
τί φημι;
ἤδη κλύω που πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν
δακρυρροούντοιν, καί μ' ἐποικτείρας Κρέων
ἔπεμψέ μοι τὰ φίλτατ' ἐκγόνοιν ἐμοῖν;
λέγω τι;

ΚΡΕΩΝ.

λέγεις· ἐγὼ γάρ εἰμ' ὁ πορσύνας τάδε,
γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἧς σ' εἶχεν πόθος.

V. 1453. ζῶντι Toupius pro ζῶντε. V. 1457. πί τῶι pr. V. 1459. κρέων. V. 1460. προθῇ Elmsleius pro πρόσθῃ. V. 1462. Correxi scripturam codicis: ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν — ἐμαῖν. V. 1463. αἶν. Cetera gravem passa videntur corruptelam. Fortasse pro ἡμὴ cum Hartungio ἤδη, et pro ἐστάθη cum Nauckio ἐπλήσθη reponendum. V. 1465. Pro τῶνδ' fortasse praestat τῶδ'. V. 1466. αἶν. Brunckius ex apographo ταῖν. Dedi τοῖν. V. 1469. δ' ἂν pr., τ' ἂν recentior. Correxit Elmsleius. V. 1470. σφᾶς cod., σφὰς apogr. Pal. V. 1472. ἤδη pro οὐ δὴ Meinekii est coniectura. V. 1474. ἐγγόνοιν, correctum ex uno apographo.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ
δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.
ὦ τέκνα, ποῦ ποτ' ἐστέ; δεῦρ' ἴτ', ἔλθετε
ἐς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας,
αἳ τοῦ φυτουργοῦ πατρὸς ὑμὶν ὧδ' ὁρᾶν
τὰ πρόσθε λαμπρὰ προὐξένησαν ὄμματα·
ὃς ὑμίν, ὦ τέκν', οὔθ' ὁρῶν οὔθ' ἱστορῶν
πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην.
καὶ σφὼ δακρύω· προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω·
νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου,
οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών.
ποίας γὰρ ἀστῶν ἥξετ' εἰς ὁμιλίας,
ποίας δ' ἑορτάς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι
πρὸς οἶκον ἵξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας;
ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς,
τίς οὗτος ἔσται, τίς παραρρίψει, τέκνα,
τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖσί τε
γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα;
τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνεν· τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν,
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῶν ἴσων
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.
τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε. κᾆτα τίς γαμεῖ;
οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὦ τέκν', ἀλλὰ δηλαδὴ

V. 1477. ἥ σ' εἶχεν pr., ἥν εἶχεσ corr. m. ant. Scripsi ἧς σ' εἶχεν et πόθος pro πάλαι. V. 1480. ἴτ' a m. rec. V. 1481. ἐς Elmsl. pro ὡς. V. 1485. Pro πατὴρ possis ἀροτὴρ suspicari. V. 1491. ἵξεσθ' ab S. ἥξεθ' pr. Duebn. Secundum Wolfium supra εθ scripsit σ ead. m. pr., et m. rec. η mutavit in ι (si recte sustuli manifestum in eius adnotatione errorem). V. 1492. δεῖ pr., δ' ἡ rec. corrector. Duebn. M. pr. η in δη fere in ι coaluit. Wolf. V. 1493. Conieci: τίς οὗτός ἐστιν, ὃς παρ. V. 1494. ἃ τοῖς ἐμοῖς manifesto errore cod. Correxi, ut potui. V. 1498. Pro ἐσπάρη malim ἐτράφη, vel certe ὅπουπερ, quod suasit Meinekius. Ni gravius in his peccatum est.

χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών.
ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος πατὴρ
τούτοιν λέλειψαι, νὼ γάρ, ὣ 'φυτεύσαμεν,
ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε περιίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐκγενεῖς ἀλωμένας,
μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
ἀλλ' οἴκτισόν σφας, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν
πάντων ἐρήμους, πλὴν ὅσον τὸ σὸν μέρος.
ξύννευσον, ὦ γενναῖε, σῇ ψαύσας χερί.
σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας,
πόλλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι,
οὗ καιρὸς ᾖ ζῆν, τοῦ βίου δὲ λῴονος
ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.

ΚΡΕΩΝ.

ἅλις ἵν' ἐξήκεις δακρύων· ἀλλ' ἴθι στέγης ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ.

ΚΡΕΩΝ.

πάντα γὰρ καιρῷ καλά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι;

ΚΡΕΩΝ.

λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων·

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον.

ΚΡΕΩΝ.

τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω.

V. 1504. ταύταιν cod. V. 1505. περιίδῃς pro παρίδῃς incerta est Dawesii correctio. V. 1506. ἐνγενεῖσ, cum apostropho super ν; ἐκγενεῖς dubia coniectura reposuit Dindorfius. V. 1512. Vocabula εὔχεσθέ μοι, quippe sanissima, frustra tentantur. V. 1513. ᾖ Meinekius pro ἀεί. V. 1517. εἶμι Brunckius pro εἰμί.

ΚΡΕΩΝ.

τοιγαροῦν τεύξει τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φὴς τάδ' οὖν;

ΚΡΕΩΝ.

ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄπαγέ νύν μ' ἐντεῦθεν ἤδη.

ΚΡΕΩΝ.

στεῖχέ νυν, τέκνων δ' ἀφοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μηδαμῶς ταύτας γ' ἕλῃ μου.

ΚΡΕΩΝ.

πάντα μὴ βούλου κρατεῖν·
καὶ γὰρ ἀκράτησας οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

[ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους (ὅδε,
ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἤδη καὶ κράτιστος ἦν (ἀνήρ,
ὅστις οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων,
εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.
ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.]

V. 1519. Pro ἥκω malim οἰκῶ. V. 1521. ἄπαγε νῦν — στεῖχε νῦν. V. 1524—1530 Sophocleos non esse arbitror. V. 1526. Hartungius edidit: οὗ τίς οὐ — ταῖς τύχαις ἐπέβλεπεν; V. 1528. ὄντα κείνην, ε ante κ inserto ab S. Pro ἰδεῖν Nauckius suspicatur χρεών. V. 1529. μηδέν' ὀλβίζειν πρὶν ἄν]. Quatuor vocabula, quae super versum scripta fuerant, erasa. In mg. ab S. γρ. πάντα προσδοκᾶν ἕως ἄν.

CORRIGENDA.

Vss. 103, 112, 224, 308 Λάιος et Λάιου pro Λάϊος et Λάϊου. — v. 779 μέθῃ pro μέθης. — v. 1174 χρείας; pro χρείας,. — v. 1260 ἀύσας pro ἀυσας.

ADNOTATIO.

V. 1. πάλαι νέα. Verg. A. III, 181 „seque *novo veterum* deceptum errore locorum." Huiuscemodi oppositiones veteribus poetis sunt in deliciis. Noster in Electr. v. 757 ἐν βραχεῖ χαλκῷ μέγιστον σῶμα, in O. C. v. 620 νέκυς ψυχρός ποτ' αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται, et ita saepissime.

V. 2. ἕδρας de ἱκετεία dictum, ut mox v. 13., O. C. 1163, 1166. Θοάζετε h. l. significare καθίζετε non σπεύδετε post accuratam Dindorfii de hoc loco disputationem in adnotatione ed. Oxon. dubium esse nequit. Pessime Hartungius de coniectura edidit, quod ne Graecum quidem est, θοάσσετε. Vss. 1—3 sententia: ὦ ἄνδρες Θηβαῖοι, τί ἱκέται μοι κάθησθε. De supplicandi ratione apud Graecos qui diligenter exposuit Wunderus (in excursu I) immemor fuit loci Aeschylei, Choeph. 1035, quo peracta caede Orestes ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει, inquit, προσίξομαι μεσόμφαλόν (θ') ἵδρυμα, ubi στέφος dicitur *lana ramo circumvoluta* s. *vitta*, ut loquitur Verg. Aen. VII 237. Eleganter haec velamenta ab Aeschylo Suppl. 192 vocantur ἀγάλματ' αἰδοίου Διός. Qui absque illis supplicat ab Euripide in Oreste v. 1383 dicitur ἀφύλλους στόματος ἐξάπτων λιτάς.

V. 4. γέμει — παιάνων. Dem. XVIII § 17 παιάνων ἡ πόλις ἦν μεστή. Codd. ἐπαίνων, quod hinc emendavit Cobetus.

V. 7. Cf. Aesch. Pers. 261: παρὼν τε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων. Pro ἄλλων nuper Meinekius in Analectis Sophocleis p. 219 acute coniecit ἐμῶν, collato Trach. v. 391: μίμν' ὡς ὅδ' ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται. Iure autem negat, qui loci ad tuendam vulgatam lectionem afferri

soleant, Eurip. Or. 531 et Xenoph. Cyrop. I 6. § 2, huc trahi posse. Non tamen ausus sum *ἁμῶν* in textum recipere, propterea quod vereor, ne pronomini versum inchoanti maior sit emphasis, quam loci sententia patitur. Si vulgata sana est, qua tamen de re et ego valde dubito, malim *ἄλλων* habere *ἐπεξήγησιν* praegressi *ἀγγέλων*, additam a poeta, ut augeretur vis oppositionis, quam interpretari cum aliis *παρ' ἄλλων ἀγγελλόντων*. [1]) Verissime autem l. l. Meinekius monet ΑΜΩΝ (*ἁμῶν*) pro ΑΛΛΩΝ (*ἄλλων*) ideo verisimile non esse, quod Sophocles forma Dorica nusquam usus sit, nisi ubi vulgaris metro excludatur. Eadem observatio fortasse non valet de Aeschylo, apud quem fide Medicei editum est Eumen. v. 440 *ἧσαι φυλάσσων ἑστίας ἁμῆς πέλας*. Cf. Sept. v. 417. Formam autem Doricam perite idem M. reddidit Sophocli in Aiace v. 516 *καὶ μητέρ'* ΑΜΗΝ *μοῖρα τὸν φύσαντά τε καθεῖλε* pro ΑΛΛΗ. Homerus, quem illo loco poetam imitatum esse iam non praeteriit Alexandrinos (cf. Schol.), Il. Z. v. 414 praeiverat dicendo: *ἤτοι γὰρ πατέρ' ἁμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς*. Plurima autem Laurentiani codicis vitia ex unciali scriptura prognata aut feliciter iam correcta sunt a vv. dd. aut etiamnunc corrigi possunt. Pauca exempla afferam. Ai. v. 674 ΔΕΙΩΝ (*δεινῶν*) in ΛΕΙΩΝ mutandum vidit Musgravius. Ib. v. 645 ΑΙΩΝ (*αἰὼν*) in ΔΙΩΝ (*δίων*) Bergkius. O. C. v. 1579 pro scriptura codicis ΕΛΤΣΕ ex apographo repositum est ΕΔΤΣΕ (Cf. var. lect. ad v. 101). [2]) Ib. v. 379. *προσλαμβάνει | κῆδος τε καινόν*. E ΚΑΙΝΟΝ Elmsleius sollerter eruit ΚΛΙΝΟΝ = ΚΛΕΙΝΟΝ i. e. *κλεινόν*. Quam optimam emendationem iniuria sprevit Dindorfius non reputans *καινὸν* dici non potuisse nisi de eo, qui mortua aut repudiata uxore aliam duxisset, quae res non cadit in Polynicem. [1]) Ibid. v. 1016 sq. ΕΞΗΡΠΑΣΜΕΝΟΙ pro ΕΞΕΙΡΓΑΣΜΕΝΟΙ certa est Schmidtii correctio.

---

1) Vitii non immunis eadem vox mihi videtur ap. Aesch. Suppl. 636 *Ἄρη τὸν ἀρότοις θερίζοντα βροτοὺς ἐν ἄλλοις*. Magis certe poeticum puto *ἀρότοις — ἐναίμοις sulcis — cruentis*. Sqq. v. 648 sic constituerim: *δῖον ἐπιδόμενοι πράκτορ' ἐπίσκοπον δυσπολέμητον, ὃν τίς ἂν δόμος ἔχων ἐπ' ὀρόφων ἰαίνοιτο; βαρὺς δ' ἐφίζει.*

2) Plutarch. Phoc. XII: *Τῶν δ' ἀτάκτων καὶ λαλῶν καὶ πονηρῶν διαδιδρασκόντων.* Pro *λαλῶν* lege *δειλῶν*.

Ad idem genus errorum pertinet, quod vitium ego in hac fabula v. 173 sustuli scribendo KAYTAC (*καυτᾶς*) pro KΛYTAC (*κλυτᾶς*). In Electr. v. 82 *θέλεις | μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων* certissime corrigendum *κἀπακούσωμεν* (i. e. *καὶ ἐπακ.*). Est autem literarum N et Π in unciali scriptura frequens confusio. Ex similitudine vero literarum Θ et O causam repeto, cur in Trach. 988 legatur *ἐξήδης ὅσον* pro *ἐξήδησθ' ὅσον*, quod quantocyus restituendum,[2]) similiterque confusio literarum C et Є peperisse videtur tempus praesens *μνημονεύεις* Philoct. 121, ubi necessarium est Futurum *μνημονεύσεις*. Finem huic adnotationi imponam corrigendo locum a multis frustra tentatum, O. C. 47 sq. *ἀλλ' οὐδ' ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως | δίχ' ἔστι θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ.* In TIΔPΩ latere puto ΠAPΩ̄ i. e. *παρών*. Sensus: *prius quam praesens civibus rem indicavero.* Participium *παρών* eodem modo quasi-pleonastico additur v. c. in Aiace v. 1131 et 1156, Trachin. 422, respondens formulae vernaculae *in persoon.*

V. 8 ut spurium e textu eliminavit Wunderus. Male. Cf. tum Nauckii tum Dindorfii ad h. v. annotationes. Prodit autem hic versus statim ab initio illam vanitatem, quae inhaerens optimi ceteroquin regis moribus, pro parte saltem excusat fati in eum crudelitatem. Misericordiam potius spirare quam vanitatem Nauckius, opinor, non dixisset, si verius iudicasset de Oedipi persona, cuius gravissimum vitium *τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖν* prorsus praetervidit. Ceteris vero argumentis, quae pro huius versus *γνησιότητι* pugnant, hoc accedit quod, si eum retinemus, maior est Oedipi orationis concinnitas: ita enim versuum numeri, quibus singulae sententiae

---

1) Contrario errore apud Eurip. in H. F. v. 541 *Λυκός σφ' ὁ κλεινὸς γῆς ἄναξ διώλεσε* scribitur pro *καινός*, quod poetae reddas, cl. v. 567. Ineptum enim est *κλεινός* in Megarae oratione de viro, quem non modo oderat sed etiam contemnebat. Ib. v. 780 pro *κελαινὸν ἅρμα* cum Nauckio malim *τὸ κλεινὸν ἅρμα.*

2) Eadem confusio pessumdedit Eur. Med. v. 739, ubi editur *κἀπικηρυκεύμασι τάχ' ἂν πίθοιο*, ut violenter correctum est pro *κἀπικηρυκεύματα οὐκ ἂν πίθοιο.* At in *ΠΙΘΟΙΟ* latet *ΠΡΟΟΙΟ*, quare corrigas *κἀπικηρυκεύματα οὐκ ἂν προόοιο.* Sensus enim: *amicus fias inimicis meis, nec eorum per praecones sollicitationes neglegas.*

inclusae sunt, hoc schema referunt: 3 + 2 + 3 + 2 + 3 = 13. Post *καθέστατε* v. 10 in declamando brevis fiat pausa.

V. 11. *στέρξαντες.* Verbum *στέργειν* fere significat *ἁρμόττεσθαι τῇ παρούσῃ τύχῃ*, i e. *accommodare se ad ea, quae mutari nequeunt* et hinc *aequo et placido animo ferre.* Cf. O. C. 519, Trach. 991 et O. C. v. 7. Itaque huius loci sensus esse videtur haec: *quomodo affecti* (*πῶς διακείμενοι*) *s. quo animo sedetis, perculsi timore an tranquilli?* Et sic fere Elmsleius, qui fortasse vertendum ait: *metune perculsi an spem salutis habentes?* Dindorfius nixus loco O. C. 1091 sqq. *στέρξαντες* non diversum esse ait ab *ἱμείροντες* v. 59. At obstat, ni fallor, usus Aoristi. Ita enim poeta scripsisset *στέργοντες.*

Ib. *θέλοντος ἄν.* Mente suppleatur: *εἰ δυναίμην.*

V. 16. *βωμοῖσι τοῖς σοῖς.* Frustra Nauckius, quem fortasse decepit Aeschyli locus Suppl. 365, coniecit *δόμοισι.* [1]) Recte enim schol. *ὡς γὰρ ἐπὶ θεοῦ βωμοὺς πάρεισιν ἐπὶ τοὺς πρὸ τῶν βασιλείων ἱδρυμένους*, neque huiusmodi *ἱκετεία* sine ara cogitari potest. Infra v. 142 per *βάθρων* intellige arae *gradus*, in quibus supplices depositis velamentis consederant.

V. 16, sqq. Vulgata e codice scriptura gravissimis dubiis obnoxia est. Nam primo si ipsa verba per se spectantur, male membro generali atque indefinito *οἱ — σθένοντες* opponitur membrum definitum substantivo *ἱερεῖς* (*ἱερῆς* est Brunkii correctio), secundo post *ἐγὼ μὲν Ζηνός*, ubi exspectaveris *οἱ δ' ἄλλων θεῶν*, sequitur *οἱ δ' ἐπ' ἠθέων λεκτοί*, tertio suspecta est illa tmesis adiectivi *ἐπίλεκτος*, quod ipsum adiectivum pro *λεκτός* in tragicorum scriptis frustra quaeritur. Accedit quod de hac quidem lectione codicis non satis constat Duebnerum inter et Gustavum Wolfium, qui *οἱ δε ἠϊθέων*, erasa litera post *δε* a m. pr., legi testatur. Sed etiam gravior difficultas nascitur extrinsecus: nam haud intellegitur, quomodo Iovis sacerdos v. 31 longaevos illos sacerdotes una cum infantibus et adulescentulis (sic enim explicantur v. 16 sq.) uno nomine *παῖδες* complecti potuerit: *θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ οὐδ' οἵδε παῖδες ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι.* Sensit eam difficultatem Meinekius eamque tolli posse arbitratur scribendo *πάντες*,

---

1) Aesch. Eumen. 509 ne quis, cl. v. 530, coniiciat *βωμὸς* (pro *δόμος*) *δίκας*, moneo puris illa carmina constare trochaeis.

quod, me iudice, in hac quidem sententia admodum langueret, neque sic tolluntur ceterae, quas modo enumeravi, difficultates. Praeterea illud παῖδες aliquod certe praesidium habet in v. 58 ὦ παῖδες οἰκτροί, v. 143 ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς et v. 147 ὦ παῖδες ἱστάμεσθα. Licet enim concedam hasce appellationes non per se satis definire aetatem eorum qui compellantur, mirum tamen tam crebro illas iterari, dum nusquam practerquam dubio illo loco, de quo agimus, senum neque sacerdotum fiat mentio, quos tamen honoris certe causa a rege speciali nomine compellandos fuisse credideris.

Non ergo, se me audias, interfuerunt huic ἱκετείᾳ senes praeter ipsum Jovis sacerdotem, quo duce supplices regis opem implorant, quemque rex, ut par erat, seorsim compellavit σὺ δ' ὦ γεραιέ κτέ., postquam prius ipsos supplices allocutus est. Ad amussim his respondent v. 31 sq. ἐγὼ οὐδ' οἵδε παῖδες. Quae sensisse videtur Nauckius (cuius tamen rationes ignoro) locum, de quo agimus, sic corrigens, ut edidi. Ipse suspicabar: βαρεῖς· ἱερεὺς ἐγὼ εἰμι Ζηνὸς κτέ. Cf. Phil. 585. Rectissime autem N. contendit vocabula οἵδε σὺν γήρᾳ βαρεῖς, more tragicis satis familiari, spectare solum Jovis sacerdotem.

Iam alia oritur quaestio. Necessarione *infantes* supplicibus interfuisse cogitandi sunt? Pendet ea quaestio ab interpretatione vocabulorum οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες, quae de infantibus accipi *posse* sponte apparet. An vero *debent?* Debent, si constat tragicos vocabulo νεοσσός, (νεοσσοί enim sunt οἱ οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες, ut recte iam olim observavit Musgravius) usos esse *de solis infantibus.* At dicitur *etiam de adultis*, ut apparet ex Aeschyli Choephoris v. 256 (cf. 501), ubi Orestes se et Electram, adultos ambos, τοῦ οἰκτροῦ χάριν ita vocat. Hinc forsitan non absurdum fuerit suspicari vocabulis οἱ μὲν — σθένοντες non intelligendos esse infantes sed adulescentulos, qui deinde vocantur ἤθεοι et mox παῖδες, quos misericordiae excitandae gratia sacerdos cum pullis comparaverit, quippe qui alieno auxilio ad dirigendum vitae cursum nondum tuto possint carere. Comparare possis vernaculi sermonis formulam *nog niet op eigen wieken kunnen drijven*, quae respondet Latinae *natare sine cortice.* Qua interpretatione hoc lucraremur, ut demto ornatu poetico haec esset prioris membri sententia: οἱ μὲν νέοι, οἱ δὲ γέροντες,

cui chiastice subiungeretur alterum membrum, quo illud explicaretur: ἐγὼ ἱερεὺς Ζηνός, οἵδε τ' ἠθέων λεκτοί.

V. 17. σὺν γήρᾳ βαρεῖς i. e. *graves annis*, ut loquitur Horat. Sat. I, 1, v. 4. Βαρύς sensu passivo = βαρυνόμενος, ut infra v. 673.

V. 19. λεκτοί, ut videtur, ἀριστίνδην.

V. 20. θακεῖ. Hoc verbum unde θάκημα et θάκησις, cum primitivo θάσσειν frequenter a tragicis usurpatur pro καθίζειν. Substantivum θᾶκος in Atticorum dialectu respondet Ionicae formae θῶκος, ex Homero et Herodoto notissimae. Tragicis non nisi illa forma in usu fuit; Aeschylo in Prom. 280 en 833, illic e codice Mediceo, hic e Brunckii coniectura, θᾶκος redditum est pro θῶκος.

V. 21. Mirum est m. pr. cod. Laur. habere μαντείας ποδῷ; nam saepissime quidem illius libri scriba σ finale vocabuli praecedentis praefigit vocabulo sequenti, aut inversa ratione σ initiale iungit ultimae literae vocis praegressae; sed id facere non solet, nisi ubi altera litera est τ, ut ambae literae στ uno ductu scribantur. Sic v. 142 ὦ στάχιστα, v. 134 προ στοῦ θανόντοσ, v. 236 ὅ στισ ἔστι, v. 281 βασιλέωστ ὀλωλότοσ, v. 294 δείματοστ ἔχει, v. 446 συθείστ ἄν, alia. Non tamen idcirco veram esse puto Kiehlii suspicionem μαντείας πόθῳ, qua si opus esset, simul corrigendum foret ἐπ' Ἰσμηνῷ. Vulgatam lectionem iam bene explicavit Scholiasta, quem secuti sunt recentiorum plerique interpretum.

V. 23. σαλεύει. Moschopulus: σαλεύειν κυρίως ἐπὶ νηὸς λέγεται, ὅταν ἐπ' ἀγκύρας κινῆται καὶ ἀσταθὴς (ins. ᾖ) ὑπὸ τῶν κυμάτων ταραττομένη. Schol. ad h. l. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν χειμαζομένων νεῶν. Est autem huius verbi usus apud tragicos fere metaphoricus. Cf. Eur. Rhes. 248, Soph. El. 1074, Ter. fr. VII. 10 Aesch., Prom. 1083 χθὼν σεσάλευται = σέσεισται. Infra v. 695 hoc verbum Sophocli reddidimus e Dobraei coniectura. Compositum ἀποσαλεύειν sign. *iactari in salo* = μετεωρίζεσθαι ἐν τῷ πελάγει. Cf. Thuc. I, 137, VIII, 16, Demosth. p. 1213.

V. 24. βυθῶν. Recens Schol. ap. Brunkium ἀπὸ τοῦ σάλου βυθῶν κτέ. Si haec est vera loci interpretatio, quam sequuntur, ni fallor, omnes, ipsi *fundo marino* a poeta tribuitur fluctuum agitatio, mare *funditus* agitante procella. Cf. Antig. v. 586

sqq.: ὅμοιον ὥστε ποντίαις οἶδμα δυσπνόοις ὅταν Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς, κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα καὶ δυσάνεμον. Neque, licet singulari numero βυθός dici soleat (cf. Ai. 1087, Phil. 783, O. C. 500, fragm. ap. Plut Mor p. 17 c., Prom. 430, Cho. 500, Suppl. 403, Fr. Inc. 168), pluralis numerus illi interpretationi obstat. Cf. trag. adesp. fr. 83. 4, quod colorem habet omnino Sophocleum: καί με συμφορᾶς ἀεὶ βαθεῖα κῆλις ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει. At vel sic tamen de huius explicationis veritate subdubito non tam propter Genetivorum, quorum alter ab altero pendeat, coacervationem (neque enim illud plane est insolitum) quam propter nimiam huius compositionis obscuritatem. Quid autem, si βυθῶν fuerit participium verbi βυθᾶν, quod *mergi* significet = ἐς βυθὸν πεσεῖν, cf. Ai. 1082? Ita demum in h. l. quadraret elegans Brunckii versio Latina: *nec potest amplius mersum aestu sanguineo extollere caput*. Frustra autem viri egregii adnotationes ad h. l. consului. In antiquiorum quidem scriptis, quae hodie supersunt, verbum βυθᾶν non legitur, sed reperitur apud Nicandrum in Theriac. v. 596, et notum est verbum factitivum βυθίζειν (Cf. ἀριστᾶν — ἀριστίζειν). Ceterum huius loci metaphoram egregie illustrant pulcherrima verba Aeschyli Sept. 795 de Thebis servatis ab hostibus: πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου | πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο. Comparatur igitur civitas, ut saepissime, navi cum procella conflictanti, neque cum Schneidewino de *diluvio* cogitandum esse videtur.

V. 25 sqq. Agrorum et animalium sterilitas ab Aeschylo in Eumenidibus tribuitur viro, quod iratae Dirae terrae instillent. Cf. v. 478 sq. et 800 sqq. Hinc placatae a Minerva ipsae canunt v. 938 sqq: Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, — φλογμός τ' ὀμματοστερὴς φυτῶν τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων μηδ' ἄκαρπος αἰανὴς ἐφερπέτω νόσος, μῆλά τ' εὐθενοῦντα γᾶ ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρύοις τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ κτέ. Cf. Suppl. 674—692.

V. 27. ἐν δὲ adverbialiter = πρὸς δὲ τούτοις. Cf. Dindorf. ad. v. 181. Apte comparaveris formulas πρὸς δὲ, μετὰ δὲ et ἐπὶ δὲ, Herodoti lectoribus notissimas.

In Antig. v. 420 et Electr. 713 ambigua quaestio est, sitne de tmesi an de hoc usu adverbiascenti cogitandum.

V. 27. πυρφόρος vocatur h. l. *Pestis* (= πυρετοφόρος), O. C.

55 *Prometheus*, Phil. 1198 *Jupiter* (ἀστεροπητής), Eur. Suppl. 260 *Ceres*; infra denique (206) πυρφόροι αἴγλαι i. e. *faces* tribuuntur Dianae.

V. 28. σκήψας: *ceu fulmen*. Cf. Aesch. Pers. 717 λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτός et Herod. I. 105 τοῖσι τούτων ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλεαν νοῦσον. Alii iam attulerunt Thuc II, 47. Praeterea cf. idem ib. c. 49. Verbo *incumbere* simili vi de morbis utuntur poetae Latini. Vide Peerlkampium ad Hor. Carm. I. 3, 31. — ἐλαύνει *vexat, agitat*. Cf. Ai. 275, 504, 756, Trach. 1047, Plat. Phaedr. 240 d.

V. 30. πλουτίζεται. Poetae iniuriam facit opinio eorum, qui h. l. allusisse eum putant ad Πλούτωνα, licet concedam tragicos interdum plus iusto huiuscemodi verborum lusibus indulsisse. Sed ab hoc certe loco ea ψυχρότης est alienissima.

V. 32. ἐφέστιοι proprie = ἐπιβώμιοι. Cf. Trach. 205. Solemni usu vox usurpatur de *supplicibus*. Cf. Aesch. Eum. 547, 639, Suppl. 360. Eodem sensu mox 41 πρόστροποι, ubi nihil opus est admittamus Scholiastae coniecturam: ἴσως δὲ τοῦτ' εἰπὼν ὁ ὑποκριτὴς προσπίπτει εἰς τοὺς πόδας τοῦ ἄρχοντος.

V. 34. δαιμόνων ξυναλλαγαῖς. Recte scholiasta intellexit δαιμόνων esse Genet. obiectivum interpretans ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον κοινωνίαις καὶ ὁμιλίαις. Similiter infra v. 960 explicandum νόσου ξυναλλαγῇ, quod non satis accurate Brunckius vertit *morbi interventu*. Comparari debet locutio νόσῳ (κακοῖς, συμφοραῖς, sim.) συνεῖναι. Συναλλάττειν enim est συνεῖναι, ὁμιλεῖν. Cf. infra v. 1130, Eur. Her. 4, Dem. XXIV. p. 192.

V. 35. Si lectio sana, ἐξέλυσας h. l. valet κατέλυσας, ἔπαυσας. Cf. Trach. 656. Ceterum haud sciam, an poeta scribendo σκληρᾶς ἀοιδοῦ, δασμὸν ἣ (pro ὃν) παρείχομεν, vulgarem verbi usum sequi maluerit.

V. 37. Quod editur καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν permirum est nemini superiorum interpretum fecisse negotium. Etenim, quid, quaeso, Thebani Oedipum de aenigmate docere potuissent? Qui si ipsi πλέον τι scivissent, non opus iis fuisset, ut opinor, Oedipo. Contra sana ratio postulat, ut deorum ope Oedipus dicatur griphum solvisse, licet nihil ipse comperisset ad aenigma explicandum. Cf. v. 396. Hinc erat, quum corrigendum suspicarer καὶ ταῦτά γ' ἡμῶν κτέ., ut ἡμῶν penderet a πλέον. Sed

retinuit me observatio post formulam *καὶ ταῦτα* (*idque*) nusquam addi particulam *γε*. [1]) Videndum igitur an ab omni parte satisfaciat quod etiam mihi venit in mentem: *καὶ ταῦτα Θηβῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον κτέ.* Ad verba *ἐξειδὼς — ἐκδιδαχθείς* cf. Trach. 581 *μήτ᾽ ἐπισταίμην ἐγὼ μήτ᾽ ἐκμάθοιμι*, Eur. Phoen. 33 *γνοὺς — ἢ μαθών*, Demosth. pro Phormione § 1.

V. 38. *προσθήκῃ θεοῦ· ἐπικουρίᾳ.* Schol. Recte; nam *προστίθεσθαί τινι* est: *adiungere se partibus alicuius*. Cf. O. C. v. 1332 *οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖσδ᾽ ἔφασκ᾽ εἶναι κράτος.*

V. 41. Cf. O. C. 1327.

V. 42. *ἀλκὴν* i. e. *ἀποτροπὴν τοῦ κακοῦ.*

V. 44. *τὰς συμφορὰς = τὰς ἀποβάσεις.* Cf. Thuc. I. 140 ibique schol., quem locum iam comparavit Musgravius, et *ζώσας* est *vigentes* (*successu florentes*), ut infra v. 483. Locus igitur sanissimus, neque ulla causa erat, cur Hartungius rescriberet *ἴσας — τοῖς βουλεύμασιν*, quae praeterea inepta sententia est, siquidem stultis non minus quam prudentibus eventus consiliis respondere dici recte possunt, quia mala consilia malos, bona bonos eventus habere solent.

V. 48. *προθυμίας.* Mireris Wunderi et Bergkii iudicium prae optima codicis scriptura arripientium variam lectiomem *γρ. προμηθίας* ex apographo Flor. Γ. Utriusque vocabuli constans est in libris MSS. confusio. In O. C. 1043 *ὄναιο τῆς προμηθίας* nescio an aptius sit *τῆς προθυμίας.*

V. 49. *μεμνήμεθα.* Optativus requiritur; est enim sententia *εὐκτική*, non *προτρεπτική.* De forma Attica, quam restitui, vide Elmsleium ad Heracl. v. 283.

V. 50. *στάντες τ᾽ ἐς ὀρθόν.* In cod. omissum *τ᾽*. Procul dubio *ἐς* natum est dittographia, et inde factum, ut genuina vocula exciderit. Nec tamen mihi quidem placet Blaydesii coniectura *κατ᾽ ὀρθόν.* Melius ad sententiam M. Schmidtius in Philologo a 1861 p. 410 proposuit *σταθέντες ὀρθοί.* Et *ὀρθοί* verum videtur, sed quum iam Genetivus *ἀρχῆς* pendeat a verbo *μεμνήμεθα*,

1) Suapte natura haec formula admitti nequit in locis, qualis est Aesch. Eumen. 115 sq., ubi hucusque sine suspicione scribitur: *Ὁ δ᾽ ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην, καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων ὤρουσεν.* Ni forte versiculus excidit post *ἀρκυστάτων*, pro *ταῦτα* correxerim *κάρτα*, quod vocabulum Aeschylo esse in deliciis nemo ignorat.

durius ex eodem suspensa sunt nuda participia. Quare praetulerim *μεμνήμεθα, ὡς στάντες ὀρθοί* i. e. *ita regni tui recordemur, ut qui primum erecti deinde ceciderimus.*

V. 52. *ὄρνιθι.* Nota formula *δέχεσθαι τὸν ὄρνιν* (*οἰωνόν*) i. e. *accipere omen,* interpretamento obliterata est ap. Aesch. Ag. 1623, ubi Aegistho dicenti: *Ἀλλὰ μὴν κἀγὼ πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν* chorus ferociter succlamat: *δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην καρπούμεθα.* Expulso manifesto interpretamento, poetae reddatur *δεχομένοις λέγεις τὸν ὄρνιν· τὴν τύχην καρπούμεθα.*

V. 54. Schol. *τὸ πᾶν τοῦ κινδύνου εἰ σε φθάνει κτέ.* Corrige *εἰς σὲ φέρει,* i. e. *te spectat.*

V. 56. *οὔτε πύργος οὔτε ναῦς.* Cf. Ant. 913 *οὐ πύργος οὐ νᾶες ἐκφύγοιεν.*

V. 57. *ἔρημος — ἔσω.* Similis est abundantia in verbis Aeschyli Pers. 293 *ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών,* ubi *ἄνανδρον* per prolepsin additur. Uno vocabulo poeta O. C. 917 dixit (*πόλιν*) *κένανδρον.* Cf. Aesch. Pers. 118 et 716.

V. 62. *ἄλγος* omissum esse in Laurentiano testatur G. Wolfius, quod permirum est Duebnerum, qua est oculorum acie et in his rebus peritia, fugere potuisse. Agnoscit autem hanc vocem Teles ap. Stob. Flor. 95. 21, qui notabili varietate pro tribus vss. 62—64 exhibet duos hosce: *Τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν ἔρχεται, ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν καὶ πόλιν καὶ σὲ στένω,* quae scriptura placebat Nauckio, cui lubens concedo nimium fere languere ista *μόνον καθ' αὑτὸν κοὐδέν' ἄλλον,* neque minus *εἰς ἓν ἔρχεται* (cl. v. 519) recte dictum videri. Habet tamen illa formula *ἡ δ' ἐμὴ ψυχή* pro *ἐγὼ* colorem ita Sophocleum, ut interpolatoris ea esse credere nequeam. Quis ignorat Sophocleum illud ex Antigona *ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθνηκε*? Cf. mox v. 95, O. C. 1207 et El. 775. Fortasse igitur Teletem memoria lapsum esse existimare satius est.

V. 65. *ὕπνῳ εὕδοντα.* Similia congesserunt interpretes, quae vide apud ipsos. Hinc Badhami coniecturam *ἐνδόντα* vocavi in var. lect. *vix necessariam.* Est tamen ita lenis et elegans, ut fortasse acu rem tetigisse dicendus sit.

V. 67. *ὁδοὺς φροντίδος.* Eadem metaphora utitur Eurip. Or. 632 *διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς,* Hec. 744 *σῶν ὁδὸν βουλευμάτων,* Herodot. III, 157 et VII 234 *τὰς διεξόδους*

τῶν βουλευμάτων. Cf. Hippol. 290. Non sine parodia, ut videtur, Comicus Nub. 75 νῦν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων ὁδοῦ | μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Paullo aliter infra v. 311 εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδόν. Similiter Eur. Phoen. 918 ἄκουε δή νυν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν et Arist. Pac. 733 ἡμεῖς δ' αὖ τοῖσι θεαταῖς | ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν. — πλάνοις i. e. πλανώμενον. Cf. Schol.

V. 68. σκοπῶν ηὕρισκον. Cf. infra v. 286 σκοπῶν — ἐκμάθοι. Similiter O. C. 252 ἴδοις ἂν ἀθρῶν, ubi lacuna fortasse explenda ad hoc exemplum: οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτὸν (οὔτιν' ἄν), ὅστις ἄν, εἰ θεὸς ἄγοι, φυγεῖν δύναιτο. Prono certe errore librarii oculi ab οὔτιν' ἂν ad ὅστις ἂν aberrare potuerunt.

V. 71. ἔπεμψα. Verbum πέμπειν in στέλλειν, cuius interpretamentum est, mutetur Eur. Iph. A. 100, cl. 119 et 396

V. 72. τήνδε ῥυσοίμην. Cod. δ' ἐρυσάμην, unde vulgo τήνδε ῥυσοίμην. Primus Linwoodius Futurum ῥυσοίμην requiri intellexit, recepitque eam lectionem Nauckius et Dindorfius in Teubneriana. Sed ne sic quidem locus persanatus est; nam spondaeus est in sede quarta senarii. In anapaesticis quidem et melicis tragicos hanc sumsisse libertatem, ut brevem vocalem ante literam ρ non producerent, satis constat, sed in senariis eos eandem admisisse praeter hunc locum hodie nec vola est nec vestigium. [1]) Unicum exemplum olim afferebatur Aesch. Prom. 235, sed dudum ibi e Mediceo restitutum est ἐξελυσάμην βροτοὺς τοῦ μὴ διαρραισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν. In quibusdam apographis haec lectio abiit in ἐξερυσάμην, quae scriptura pravae coniecturae quam corruptelae similior est. Idem h. l. Sophocli accidisse suspicor, ut quod ipse dederit λυσοίμην, a sciolo in ῥυσοίμην mutatum sit. Ita sensus erit: *quo pacto hanc urbem redimerem s. liberarem a malis.* Cf. Aesch. Suppl. 1051. ὥσπερ Ἰὼ πημονᾶς | ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθών.

V. 74. λυπεῖ τί πράσσει. In his solus, ut videtur, interpretum sed iniuria haesit Bergkius, λύπῃ τι θράσσει suspi-

---

1) Non hac sola de causa improbanda ratio, qua Keckius rescripsit in editione sua conclamatum Aeschyli locum in Agamemnone v. 534. σπαρνάς τ' ἀρήξεις καὶ κακοστρώτους κτέ., Musis iratis corrigens σπαρνάς τε ῥέγξεις. Loci tamen sententiam bene assecutus est, quo magis miror eum non coniecisse: σπαρνάς τε βρίξεις κτέ. (a verbo βρίζω).

cans. Recte Dindorfius confert Ai. 794 *ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς*, nec tamen satis recte vertit: *angit cogitantem, quid faciat.* Potius *πράσσειν* vi intransitiva accipiendum esse suadet loci sententia, et vertendum *quid agat*, i. e. *angit me metus, ne quid forte ei acciderit.* In sqq. non poteram non amplecti Porsoni coniecturam *πέρα* mutantis in *περᾷ*, deleto vs. sequent, qui misere languet. Cf. Suid. in v. *τοῦ καθήκοντος*. Nempe *περᾷ* significat *εἰς πέρας ἥκει*, quo sensu hoc verbo S. utitur infra v. 674 *βαρὺς δ' ὅταν θυμοῦ περάσῃς*. Bergkius coniecit: *τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα | ἄπεσθ', ὅταν δὲ πάλιν ἵκητ', ἐγὼ κακὸς κτέ*; quam suspicionem nemo sanus illi praetulerit.

V. 80. *τὰς* pro *τῷ* coniecit Marklandus, recte refutatus a Porsono, qui comparat Aesch. Sept. 478 et Choeph. 136.

V. 81. *λαμπρὸς — ὄμματι* i. e. *φαιδρὸς λάμποντι προσώπῳ*, ut ait comicus Eq. 550. Cf. O. C. 318.

V. 82. *ἡδύς* h. l. = *ἡδόμενος*. Supra inversa ratione *ἰσούμενον* pro *ἴσον*. Trach. 860 *ἀηδὴς καὶ συνωφρυωμένη*.

V. 83. *πολυστεφὴς — δάφνης* i. e. *πολλῇ τῇ δάφνῃ ἐστεφανωμένος*, quippe *θεωρός*. Cf. Eur. Hipp. 860, Ar. Plut. 20.

V. 84. *τάχ' εἰσόμεσθα*. Cf. Aiac. 631 *τάχ' εἰσόμεσθα μαντέων ὑπέρτερον*. — *σύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν*. Pedestri oratione dixeris: *εἰς ἐπήκοον γὰρ ἐλήλυθεν* s. *ἕστηκεν*.

V. 86. *φήμην φέρων*. Heimsoethius in egregio libro: *Kritische Studien zu den Griechischen Tragikern* I. p. 207 e cod. Mon. 500 profert memorabilem sane varietatem *φέρων φάτιν*, quam collata glossa Hesychiana *φάτις· φήμη* genuinam esse perperam iudicat. Prorsus enim nihil est in vulgata scriptura, quo vel levissime offendamur, siquidem vocabulo *φήμη* et *φάτις* promiscue poeta usurpat (illud undecies hoc, undevicies apud eum repperi), itaque temerarium arbitror levissimi libri lectionem gravissimae optimi codicis auctoritati anteponere. Redemit autem vir acutus hoc et similia *σφάλματα* egregiis emendationibus, in quibus non pessima est, qua luculenter correxit vs. sequentem, rescribendum docens *δύσθρο'*, quod ipsum legisse Scholiastam apparet e scholio ad h. l.: *ὁ δὲ νοῦς· λέγω γὰρ πάντα ἂν εὐτυχεῖν τὴν πόλιν, εἰ καὶ τὰ δύσφημα τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα.* Quid enim aliud, quaeso, *δύσθροα* significat quam *δύσφημα*? Vitium ut longe pleraque in Sophocle, est Suida, Zonara et Stobaeo (Floril. 108: 54) antiquius. Suidas et Zonaras in v. *δύσφορα*

habent ἐξιόντα pro ἐξελθόντα. [1]) In interpungendo h. l. secutus sum Schneidewinum et Bergkium. Vulgo perperam virgula ponitur post δύσφορ'.

V. 89. *οὔτε — προδείσας* i. e. *οὔτε γὰρ θαρρῶ οὔτε δέδοικα.*

V. 91. *πλησιαζόντων* h. l. = *πλήσιον ὄντων.* Sic *ἰσάζειν, νεάζειν, ἡσυχάζειν, μετριάζειν, συσκιάζειν, σκυθρωπάζειν, πλεονάζειν* Gr. ponuntur pro *ἴσον, νεόν, ἥσυχον, μέτριον, σύσκιον, πλέονα εἶναι.*

V. 93. *ἐς πάντας* i. e. *apud* omnes. Cf. Eur. Hipp. 986, cl. 989. Hinc corrige Eur. Suppl. 1066: *ὦ θύγατερ, σὺ μὴ μῦθον ἐπὶ πολλοὺς ἐρεῖς;* L. *ἐς.* Mox pro *φέρω* frustra Blaydesius coniecit *τρέφω*, nam *φέρειν πένθος, λυπήν, ἄλγος*, similia, optime dicuntur. Cf. Eur. Alc. 337, Iph. T. 688, ib. 975. Melius fortasse, suadente lege rhetorica, illud verbum nostro reddas in Antig. 1089 sq. *καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχαιτέραν τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢν νῦν φέρει*, ubi paullo melius, ni fallor, scriberetur *τρέφει.*

V. 100 sq. *φόνῳ φόνον — λύοντας.* i. e. *caedem caede redimentes.* Eurip. Or. 510 *φόνῳ φόνον λύσει.* Cf. ib. 597. Verbo medio in eadem re usus est Aeschylus Choeph. 803 *τῶν πάλαι πεπραγμένων λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις.* Ib. 48 *τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ;* Cf. ib. 309 et 400 sqq. — Eur. I. T. 1223 *φόνῳ φόνον ἐκνίψω*, H. F. 40 *ὡς φόνῳ σβέσῃ φόνον*, metaphora sumta non ab igni, sed ab *aqua.* Cf. Aesch. Ag. 957 *ἔστιν θάλασσα, τίς δέ νιν κατασβέσει;*

Creon autem his versibus ipsa oraculi verba referre videtur, quare non opus fuerit Brunckii coniectura pro *τόδ'* requirentis *τήνδ'*. Nec persuasit mihi Meinekius nuper in *Analectis Sophocleis* p. 221 eam suspicionem commendans.

---

1) Eadem medicina adhibita, sanus exibit locus Aeschyleus, qui nunc corruptus legitur Suppl. 513, ubi Argivorum regi vituperanti chorum *εὔφημον εἴη τοὔπος εὐφημουμένῃ* hic respondet: *οὔτοι τι θαῦμα δυσφορεῖν φόβῳ φρενός.* Aliquanto enim magis ad rem erit, ut opinor, *δυσθροεῖν* i. e. *δυσφημεῖν.* Similis literarum ΟΡ in ΡΟ transpositio locum habuisse videtur Eur. Ion. 18 sq. *κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ*, ubi quid sit *εὐτρόχῳ* nemo facile dixerit. Unice aptum videtur *εὐτόρνῳ κύκλῳ.* Cf. v. 40 et 1391. Simile quid accidisse videtur ibid v. 1117 sq.: *τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσώμενον ἐξεῦρεν ὁ θεός.* **ΕΤΕΥΞΕΝ** (nam sic scribendum) in **ΕΞΕΥΡΕΝ** abiisse vides.

V. 105. *ἀκούων — ἐσεῖδον.* Eur. Hel. 117 *εἶδες σὺ τὴν δύστηνον ἢ κλύων λέγεις.* Ad *ἐξεῖδ' ἀκούων* cf. O. C. 1171. — *γ' ἐγώ.* Hartungii inventum probat Dindorfius bene observans „recte addi pronomen, ut disertius quam verbo solo significetur, quam longe O. ab omne vel originis suae vel facinoris a se commissi culpa absit."

Vulgata lectio *γέ πω*, licet de Laio dudum mortuo ridicula sit, defensorem tamen nacta est Nauckium, qui afferens Agam. 296, Med. 365, Electr. Soph. 403, *οὔπω* dictum esse pro *οὐδαμῶς* perhibet. Frustra, si quid iudico; nam in illis locis princeps significatio formulae *οὔπω* = *nondum* satis pellucet, quod idem valet infra de v. 594. Usum autem Homericum, cuius longe diversa ratio est, in poeta Attico nihil moror.

Aeque absurdum est, quod apud Eurip. in cognomine fabula v. 224 Andromache de Hectore pridem defuncta dicit: *καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς | ὑπέσχον.* Corrigendum puto aut *καὶ τόνδε μαστὸν κτέ.*, cl. Aesch. Choeph. 196, aut lenius *καὶ μαστὸν ἥδε* i. e. *ἐγώ.*

V. 102. Revocavi scripturam prim. man. *τῇδε*, quae melius quam *τήνδε* poetae mentem referre videatur. Sensus: *cuius enim viri ita* (i. e. hoc modo, his verbis) *deus indicat calamitatem?* Quod non assecutus sciolus male bonam lectionem pro suo captu mutasse videtur.

V. 106. *ἐπιστέλλει σαφῶς* = *ἄνωγεν ἐμφανῶς* v. 96.

V. 107. *αὐτοέντης* = *αὐθέντης.* E forma soluta, quae Sophocli propria est secundum Phrynichum Bekk. Anecd. p. 15 11, quaeque contracta est procul dubio antiquior, suspiceris, alteram vocabuli partem olim habuisse digamma, quod deinde abiisse in spiritum asperum. De vera vocis origine frustra quaero; nam Grammaticorum derivationes absurdae sunt. — Sequiores *αὐθέντης* usurpabant *ἐπὶ τοῦ δεσπότου*, improbante Phrynicho Ecl. p. 120 Lob. Quibus praeiverat Euripides in Suppl. 442.

Ib. *τινά* bene explicatur a Dindorfio. „Prudenter poeta „oraculum *τινὰ* dixisse finxit, quum neque Oedipum nominare „posset, quem postmodum apparet non alios punire sed ipsum „puniri debere, nec Creontem, qui in postrema demum fabula „Oedipo succedit." Falluntur igitur, qui ex apographis rece-

perunt τινάς, nec minus ii, qui θεὸς aut ἄναξ substituendum nuper putarunt. Eodem iure, opinor, hic subectum θεός omitti potuit, quo omissum est v. 102.

V. 108. ποῦ ποθ'. In vulgata lectione ποῦ τόδ' prorsus ineptum pronomen relativum de vestigiis nondum repertis neque indicatis. Cf. Electr. 1442. Male eam tuetur, nulla addita suae opinionis ratione, Heimsoethius K. S. p. 154.

V. 111. „Quae Creon ad Oedipi interrogationem respondet, „ea Creontis personae minus accommodata sunt, quare existimo „equidem non hoc tantum respondisse deum, interfectorem „Laii Thebis esse indagandum sed adiecisse etiam reliqua, ut „non inepte ἐκφεύγειν scribendum esse coniicias, oratione et „sententia oraculorum rationi accommodatissima." Meinekius An. Soph. p. 221. Cur ea verba Creontis personae minus conveniant, haudquaquam perspicio. Locus communis est (cf. Chaeremon ap. Stob. Ecl. phys. I. p. 236 et Terent. Heaut. IV. 2, 8.), quem non video cur alienum putemus ab eo, qui Oedipi obiectioni suo Marte respondeat. Praeterea dubito an satis recte sic diceretur pro ἁλωτὸν εἶναι· ἐκφεύγειν δὲ κτέ.

V. 112. Quod ad improbabilitatem attinet huius Oedipi ignorantiae multo, me iudice, melius Erfurdtius provocavit ad locum Aristotelis de Poet. c. 15, quam fecit Bothius, qui eam rem ex praemeditata Iocastae reticentia, cuius nullum in fabula vestigium est, explicare frustra conatur. Fac autem Iocastam rem consulto celasse Oedipum, num inde ea inscitia fit verisimilior? Nonne aeque improbabile est, rem, quam nemo Thebanorum ignorabat, per tot annos a nullo cum rege esse communicatam?

V. 116. συμπράκτωρ ὁδοῦ poetice pro συνοδοίπορος.

V. 117. Non dubitavi admittere probabilem Dindorfii emendationem κατεῖδ' ὅτῳ, qua tollitur omnis difficultas, quae est in codicis scriptura κατεῖδ' ὅτου. Hanc tamen Meinekius An. Soph. p. 222 retineri posse putat, *quod saepe in tragoedia, ubi duae res commemoratae sint, in sequentibus una tantum respiciatur.* Quam sententiam vellem exemplis illustrasset. Verum fugit virum egregium ineptissime quaeri, an itineris comes *vidisset* eiusmodi quid, quia hoc tantum scire intererat, an quid eorum, quae vidisset, *indicasset.* Quod autem ipse proposuit

V. 105. ἀκούων — εἶδον. Eur. Hel. 117 εἶδες σὺ τὴν δύστηνον ἢ κλύων λέγεις. Ad ἐξοιδ' ἀκούων cf. O C. 1171. — γ' ἐγώ. Hartungii inventum probat Dindorfius bene observans „recte addi pronomen, ut disertius quam verbo solo signifi„cetur, quam longe O. ab omne vel originis suae vel faci„noris a se commissi culpa absit."

Vulgata lectio γέ πω, licet de Laio dudum mortuo ridicula sit, defensorem tamen nacta est Nauckium, qui afferens Agam. 296, Med. 365, Electr. Soph. 403, οὔπω dictum esse pro οὐδαμῶς perhibet. Frustra, si quid iudico; nam in illis locis princeps significatio formulae οὔπω = *nondum* satis pellucet, quod idem valet infra de v. 594. Usum autem Homericum, cuius longe diversa ratio est, in poeta Attico nihil moror.

Aeque absurdum est, quod apud Eurip. in cognomine fabula v. 224 Andromache de Hectore pridem defuncta dicit: καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς | ἐπέσχον. Corrigendum puto aut καὶ τόνδε μαστὸν κτλ., cf. Aesch. Choeph. 196, aut lenius καὶ μαστὸν ἥδε i. e. ἐγώ.

V. 102. Revocavi scripturam prim. man. τῷδε, quae melius quam τῶνδε poetae mentem referre videatur. Sensus: *cuius enim viri ita* (i. e. hoc modo, his verbis) *deus indicat calamitatem?* Quod non assecutus sciolus male bonam lectionem pro suo captu mutasse videtur.

V. 106. ἐπιστέλλει σαφῶς = ἄνωγεν ἐμφανῶς v. 96.

V. 107. αὐτοέντης = αὐθέντης. E forma soluta, quae Sophocli propria est secundum Phrynichum Bekk. Anecd. p. 15 11, quaeque contracta est procul dubio antiquior, suspiceris, alteram vocabuli partem olim habuisse digamma, quod deinde abiisse in spiritum asperum. De vera vocis origine frustra quaero; nam Grammaticorum derivationes absurdae Sequiores αὐθέντης usurpabant ἐπὶ τοῦ δεσπότ...
Phrynicho Ecl. p. 120 Lob. Q...
Suppl. 442.

Ib. τινά bene explicat...
„oraculum τινά dixisse fi...
„posset, quem postmod...
„puniri debere, nec C...
„Oedipo succedit." ...

perunt [illegible], nec minus ii, qui [illegible] aut [illegible] substituendum nuper putarunt. Eodem iure, opinor, hic subiectum [illegible] omitti potuit, quo omissum est v. 102.

V. 108. [illegible] In vulgata lectione [illegible] prorsus ineptum pronomen relativum de vestigiis nondum repertis neque indicatis. Cf. Electr. 1442. Male eam tuetur, nulla addita suae opinionis ratione, Heimsoethius K. S. p. 154.

V. 111. „Quae Creon ad Oedipi interrogationem respondet, „ea Creontis personae minus accommodata sunt, quare existimo „equidem non hoc tantum respondisse deum, interfectorem „Laii Thebis esse indagandum sed adiecisse etiam reliqua, ut „non inepte [illegible] scribendum esse coniicias, oratione et „sententia oraculorum rationi accommodatissima." Meinekius An. Soph. p. 221. Cur ea verba Creontis personae minus conveniant, haudquaquam perspicio. Locus communis est (cf. Chaeremon ap. Stob. Ecl. phys. I. p. 236 et Terent. Heaut. IV. 2, 8.), quem non video cur alienum putemus ab eo, qui Oedipi obiectioni suo Marte respondeat. Praeterea dubito an satis recte sic diceretur pro [illegible] κτλ.

V. 112. Quod ad improbabilitatem attinet huius Oedipi ignorantiae multo, me indice, melius Erfurdtius provocavit ad locum Aristotelis de Poet. c. 15, quam fecit Bothius [illegible] eam rem ex praemeditata Iocastae reticentia, cuius [illegible] in fabula vestigium est, explicare frustra conatur. [illegible] autem Iocastam rem consulto celasse Oedipum, num [illegible] fit verisimilior? Nonne aeque improbabile [illegible] quam nemo Thebanorum ignorabat, per tot annos [illegible] esse communic[illegible]

V. [illegible] poetice pro [illegible]

[illegible] admitto[illegible]

[illegible]

ἐπίσταιτ' ἂν longe est violentius, et aliorum suspiciones κατῆλθε et κάτεισ', quae vim inferant Graecitati, manifesto falsae sunt. In κατεῖπε incidit quoque M. Schmidtius in Philologo a. 1861 p. 410. Quod vero idem v. 119 pro εἶδε proposuit εἶπε, omnino inprobandum. Etenim rectissime poeta dicit, hominem ita metu fuisse exanimatum, ut videns non videret, neque igitur singula facinoris momenta enarrare posset. Non igitur is poterat sua facere verba Electrae v. 925 πῶς δ' οὐκ ἐγὼ κάτοιδ' ἅ γ' εἶδον ἐμφανῶς; sed erat ea animi conditione, qua fuit Deianira in Trach. 21 sqq., ubi ait: καὶ τρόπον μὲν ἂν πόνων | οὐκ ἂν διείποιμ', οὐ γὰρ οἶδ', ἀλλ', ὅστις ἦν | θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὅδ' ἂν λέγοι. Ad εἰδὼς φράσαι cf. Electr. 1447 κατειδυῖαν φράσαι.

V. 122. λῃστάς. Obiter glossemate purga Herod. I. 41: μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες [κακοῦργοι] ἐπὶ δηλήσι φανέωσι ὑμῖν.

V. 130. πρὸς ποσί. Eodem sensu usitatius est ἐν ποσί. Cf. Eurip. I. T. 1312, Tro. 938, Alc. 742. Sic Latini *ante pedes posita;* cf. Cic. de Or. III § 160.

V. 131. προσήγετο. Recte utitur poeta verbo medio, quia τὸ πρὸς ποσὶν pertinet ad ipsam Sphingem.

V. 132 φανῶ. Hoc verbum, velim, reddatur Sophocli in Aiac. v. 646: ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος | φύει τἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται. Miror neminem dum vidisse sententiam requirere φαίνει τἄδηλα κτέ. Cf. Philoct. 297. Quod tamen Stobaeus Ecl. Phys. 1. 9. 234 habet ποιεῖ τἄδηλα κτέ, corruptum est e vulgata lectione.

V. 134. πρὸς τοῦ θανόντος, quod est a. m. pr., Hartungius edidit, fieri potest ut recte. Optime certe dicitur τὴν ψῆφον τίθεσθαι πρός τινος et similia. Eurip. Alc. v. 58 πρὸς τῶν ἐχόντων, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης. In hac ipsa fabula v. 1434 πρὸς σοῦ γὰρ οὐδ' ἐμοῦ φράσω. Cf. Trach. 479, Arist. Vesp. 647. Eodem sensu saepe Latini scriptores utuntur praep. *ab.* In re tamen, quam ad liquidum perducere nequeo, reliquorum editorum iudicium secutus sum.

Ib: τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν. Schol. Laur. γρ. τήνδε θεσπίζει γραφήν. Haec varia lectio, quam frustra Elmsleius traxit ad vocabula τήνδε μηνύει τυχήν v. 102, manifesto nihil est aliud nisi editae lectionis corruptela.

V. 138. *αὐτὸς αὑτοῦ* poetice pro *αὐτὸς ἐμαυτοῦ*. Cf. El. 285. Eadem formula ponitur pro secunda persona *αὐτὸς σαυτοῦ* O. C. 930 *αἰσχύνεις πόλιν | τὴν αὐτὸς αὑτοῦ*. Cf. ib. 1356. Improbanda videtur opinio eorum, qui *αὐτοῦ* in talibus cum spiritu leni scribendum censeant.

V. 140 *πημαίνειν* pro *τιμωρεῖν* proposui in Ex. Crit. p. 140, nescius in eandem coniecturam incidisse Nauckium. *Πημαίνειν*, quod verbum cum substantivo *πημονή* nostro est in deliciis, eo facilius in *τιμωρεῖν* abire potuit, quod paucis ante versibus poeta hoc vocabulo utitur. Bergkius edidit *τιμωροῦνθ' ἕλοι*, quam correctionem ut cuiquam probet, valde vereor.

V. 141. Quod hic vs. in margine legitur a m. pr., inde nullum peti potest argumentum contra eius fidem; nam saepius librarius codicis Laurentiani versus a se omissos postea adscripsit in margine. Nec tamen possum, quin suspectum eum habeam cum Bergkio. Est enim post vs. 137—140 plane inutilis, neque satis me iudice defenditur hac scholiastae adnotatione *καὶ τοῦτο κινητικὸν τοῦ θεάτρου* —[*τὰ γὰρ ἐναντία ἀποβήσεται*. Nam, hoc versu deleto, restat tragica illa ironia, quam Grammaticus innuit, eaque aliquanto subtilior in his: *ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων | ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος*. Accedit, quod hoc versu expuncto, lucratur concinnitas compositionis. Quippe ita numeri versuum, quibus singulae sententiae inclusae sunt, hoc schema efficiunt: 3, 2, 2, 2, 2, 3. Ultimum suspecti huiusce versus vocabulum *ὠφελῶ* me admonet mirae constructionis cum Genetivo, cui iungitur in O. C. 436: *ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν ὁπηνίκ' ἔζει θυμός, ἥδιστον δέ μοι τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευσθῆναι πέτροις οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν*. Schol. explicat *ἀπολαῦσαι ποιῶν ἔρωτος*, quod fac ita dici potuisse, praeterea probandum *ἔρωτα* veteres dixisse pro *re cupita*. Utut est, quis credat Sophoclem tam obscure locutum esse, quum plane atque eleganter posset?

οὐδεὶς ἐρῶντα τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν.

V. 147. *ἐξαγγέλλεται* i. e. *ἐπαγγέλλεται*, *profitetur*.

V. 153. *ἐκτέταμαι* fere = *ἀνήρτημαι, μετέωρός εἰμι*. Bene post hoc verbum distinxit Nauckius. Vulgo minus recte inciditur post *φρένα*.

V. 154. *ἰήιε*. Ducitur hoc adiectivum ab interiectione *ἰή*,

ut *εὔιος* ab *εὐοῖ*. Dindorfius iam attulit Agam. 147 *ἰήιον δ' ἐπικαλῶ παιᾶν', ἰή*. Hinc verbum formavit Aristophanes Eq. 408: *τὸν Ἰουλίου τ' ἂν οἴομαι γέροντα πυροπίπην | ἡσθέντ' ἰηπαιωνίσαι καὶ βακχέβακχον ᾆσαι*.

V. 155. *ἀζόμενος*. Verbum Homericum, quod de *sacra* imprimis *reverentia ac metu* usurpari solet, non raro adhibuerunt tragici. Cf. Aesch. Eum. 367, 356, Suppl. 639, Eur. Alc. 327, Her. 600, Or. 1116, ubi male olim ante Elmsleium legebatur *οὐ χάζομαι*. His locis adde Heracl. 1037 *ἀλλ' οὐ χρησμὸν ἠρόμην θεοῦ*, ubi ex infelici Musgravii coniectura hucusque editur *ἠδούμην*. Corrigendum *ἡζόμην* intellexit Cobetus (Mnem. VI p. 16), comparata glossa Hesychiana: *οὐχ ἅζομαι· οὐ σέβομαι, οὐκ ἐντρέπομαι*. Similiter hoc loco schol. explicat *σεβόμενος τὰ ὑπὸ σοῦ εἰρημένα*. Formam activam *ἅζω* habet solus Sophocles O. C. 134 *τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν λόγος οὐδὲν ἅζοντ'* i. e. *ἐντρεπόμενον οὐδέν*.

V. 159. *ἄμβροτ'* ante *Ἀθάνα* errore repetitum esse e. v. praecedenti non latuit Heimsoethium K. S., cuius tamen coniectura *ὄβριμ'* incertior est quam quae tuto admittatur. Nusquam enim Minerva sic dicitur, diversumque est quod ipse affert *ὀβριμοπάτρη*. Cybelen *ὀβρίμαν* vocavit Euripides Or. 1454 *Ἰδαία μᾶτερ ὀβρίμα*. Malui igitur indicare lacunam.[1]) In eodem vs. cum Brunckio recepi correctionem m. rec. *κεκλομένῳ*. In fidem soloecae scripturae *κεκλόμενος* afferuntur duo loci, quorum alter huc non facit, alter manifesto depravatus est. Prior est Platonis Leg. VI, p. 769 c: *ὡς εἴ ποτέ τις ἐπινοήσειε γράψαι τε ὡς κάλλιστον ζῷον καὶ τοῦτ' αὖ μηδέποτε ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴσχειν τοῦ ἐπιόντος ἀεὶ χρόνου, ξυννοεῖς ὅτι θνητὸς ὤν, εἰ μή τινα καταλείψει διάδοχον τοῦ ἐπανορθοῦν τε, ἐάν τι σφάλληται τὸ ζῷον ὑπὸ χρόνων, καὶ τὸ παραλειφθὲν ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τέχνην οἷός τε εἰς τὸ πρόσθεν ἔσται φαιδρύνων ποιεῖν ἐπιδιδόναι, σμικρόν τινα χρόνον αὐτῷ πόνος παραμενεῖ πάμπολυς*. Locum, quem interpretes in brevius contractum afferre solent, totum adscripsi, ut lectori appareret, quam facilem ibi excusationem habeat post longas

---

1) Simile vitium corrigi potest in Arist. Pac. v. 720 *ὦ κάνθαρ' οἴκαδ' [οἴκαδ'] ἀποπετώμεθα*, ubi anaphorae locus non est. Legendum: *ὦ κάνθαρ', οἴκαδ' (αὖθις) ἀποπετώμεθα*.

sententiarum ambages mutata constructio, cum praesertim vocabula θνητὸς ὢν commode coniungi possint cum verbo proxime sequenti καταλείψει. Alter locus, quem depravatum esse dixi, est Menandri fr. ap. Mein. F. C. IV p. 74. ἴδιον ἐπιθυμῶν, μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται | εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χελλάδας κεῖσθαι παχὺν | ὕπτιον κτέ. Num punctum temporis dubitandum, comicum scriptum reliquisse: ἴδιον ἐπιθυμῶ· μόνος κτέ.? Optime Bergkius in ed. III Pindaro Ol. III, 46 reddidit: ὅθεν σπέρματος ἔχοντα (ut probabiliter legit Aristarchus pro absurdo ἔχοντι) ῥίζαν πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου ἐγκωμίων — τυγχανέμεν. Mirer autem, si sani sint loci Aesch. Choeph. v. 405 sq. πέπαλται — μοι φίλον κέαρ — κλύουσαν οἶκτον et Soph. Electr. 479—481.

V. 160. γαιάοχον h. l. = πολιοῦχον, quemadmodum Aeschylus Sept. 796 vocavit Iovem: γαιάοχε παγκρατὲς Ζεῦ. Sensu longe diverso apud Homerum, (quem sequitur Pindarus Ol. I 39 aliisque locis, Aeschylus Sept. 806 et Sophocles O. C. 1072) γαιήοχος est unius Neptuni epitheton.

V. 161. κυκλόεντα recte de forma fori accipiunt Wunderus, Dindorfius, alii. Qui de choris cycliis cogitant, ineptire mihi videntur.

V. 162. ἑκαβόλον. Huius vocabuli frequens est usus in tragoedia, quae abstinet formis epicis ἕκατος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης et ἑκάεργος.

V. 164. ἀλεξίμορος formatum a Sophocle ad analogiam vocabuli usitatissimi ἀλεξίκακος.

Vs. 165. εἴ ποτε. Formula ab Homero inde in precibus sollemnis. Cf. Il. A 39, 394, E 115, Ω 705. Adde Ar. Thesm. 1155 sqq., quem locum adscribam, qualem nuper Meinekius in Vindiciis Aristophaneis ingeniose correctum poetae reddidit: θεσμοφόρω πολυποτνία, μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεσθ', εἰ | καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω ἤλθετ' ἰὼ | ἀφίκεσθ', ἱκετεύομεν, ἐνθάδε καὶ νῦν.

V. 166. φλόγα πήματος. In Aiace v. 195 Aiax a choro dicitur ἄταν οὐρανίαν φλέγων. Elegantius igitur poeta, evitato altero Genetivo πήματος, scribere potuerat ἄτας — φλόγ' ἀμήχανον, cui vocabulo fortasse exitiosum fuit sequens πήματα. Vide tamen an vulgata scriptura defendi possit loco Aiacis v. 363, ubi Sophocles coniunxit τὸ πῆμα τῆς ἄτης. Cff. formulae

Homericae πῆμα κακοῖο et δύης — πῆμα. Eo autem aptius poeta usus est vocabulo φλόγα (*vehementiam*), quod in praegressis illis ἄτας ὑπερορνυμένας πόλει imago, ni fallor, sumpta est ab *hostili exercitu urbi imminente*, cl. Aeschyl. Sept. 89: βοᾷ ὑπὲρ τειχέων | ὁ λεύκασπις ὄρνυται λέως. Nempe φλόξ subinde dicitur *fax belli* v. c. Eur. Erechth. fr. ap. Lyc. Leocr. § 264 ed. Bekk. v. 23 πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ, neque aliter mox ipse noster de Marte inermi (Peste) v. 191 φλέγει με περιβόατον κτἑ.

V. 170. Suidas in voc. ἔγχος citat: οὐδὲ νῷ φροντίδος ἔγχος, deceptus, ut recte perspexit Dindorfius, verbis scholiastae ad h. l. οὐκ ἔνεστι τῷ νῷ φροντίδος ἔγχος.

V. 172. Pro κλυτᾶς coniectum est κλυτά, λιτᾶς, κλαυτᾶς, κλειτᾶς, quorum nihil est, quod mihi quidem satisfaciat. Manifesto enim sententia postulat terrae epitheton, quo ipsa calamitas, qua laborat, significetur, videlicet αὐχμός, quem cum pestilentia coniunctum fuisse accepimus v. 25 φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός. Terra autem continuis solibus, deficiente pluvia, *torrida*, quam, ut utar verbis Sophocleis Trach. 145 θάλπος θεοῦ κλονεῖ [1]), optime, opinor, dicetur καυτή, a verbo κάω. Parum vero aut nihil KAYTAC et KΛYTAC inter se differre et metro requiri spondeum, vix opus est moneam.

V. 173. Heimsoethius K. S. p. 9 citra necessitatem (nam locum sanissimum bene iam explicavit Schol.) violentissime tentat: ἰηίους καμάτους ἀνύτουσι γυναῖκες.

V. 175. ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ. Particula ἂν tum necessaria est tum legitur in codice L., non intrusa est a Brunckio, ut contendit Hartungius, qui in textum recepit infelicem suam coniecturum: ἄλλον δ' ἐπ' ἄλλῳ. Vulgatam tuentur critici allatis hisce locis: Soph. El. 235, Ai. 866, Eur. Or. 1257, Phoen. 1496, Helen. 195. Adde Hel. 365. Fatendum tamen nullum horum locorum huiusce prorsus similem esse; quare fieri possit, ut recte Dobraeus Adv II. 32 coniecerit ἄλλον δ' ἂν ἄλλᾳ, cl. Antig. v. 138. Falluntur certe ex mea sententia, qui putant vocabula ἄλλον — ἄλλῳ pertinere ad comparationem cum ave, quorsum sola me iudice spectat moriendi celeritas. Apte iam

1) Illum locum sic correxerim: τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται | χώροις, ἵν' αὔτ' οὐ δίψιον θάλπος θεοῦ, | οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ. Cf. Eur. Rhes. 417.

comparatus est locus Eur. Suppl. 1142 ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν.

V. 176. *ἀμαιμακέτου πυρός*. Cf. Hes. Theog. 319. Epica vox est originis incertae, quam Homerus usurpavit in Iliade de Chimaera Z 179 et Π 329, in Odyssea ξ 311 de malo navis. Ab epicis sonorum vocabulum, quod non amplius intellegebant, mutuati sunt primum lyrici (cf. Pind. Isthm. VIII 74. Pyth. I 28, III 58 IV 370), deinde tragicorum princeps hoc loco et O. C. 127 de Furiis ἄλσος ἐς τᾶνδ' *ἀμαιμακετᾶν* κορᾶν.

V. 178. Hartungius ἀναρίθμων edidit, ne metro quidem cohibitus. Cf. v. 167.

V. 180. Optime Heimsoethius K. S. p. 360 intellexit voculam δὲ a librario asyndeton, quod h. l. rectissime habet, non ferente suppletum esse. Ea vocula expuncta, metrum bene respondet versui antithetico: πήματα· νοσεῖ κτέ. Minus feliciter idem delendum suspicatur τε v. 191 et scribendum *Λύκι'* ἄναξ in v. antithetico 203. Etenim bene iam olim observavit Musgravius Apollinem, ut deum *averruncum*, *Λύκειον* vocari solere, cll. Aesch. Sept. 133, Soph. El. 645, 655, 1379. Vide praeterea v. 919 infra et Aesch. Suppl. 686: εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ, ubi praecedunt haece: νούσων δ' ἑσμὸς (cf. Horatianum *febrium cohors*) ἀπ' ἀστῶν | ἵζοι κράτους ἀτερπής. Ad *νηλέα* Schol. haece habet: τὰ μὴ τυχόντα ἐλέου· τὸ αὐτὸ δέ ἐστι τῷ *ἀνοίκτως*. Recte: sed eam ipsam ob causam suspectum habeo ἀνοίκτως, quod sapit glossema, nisi forte corruptela natum est ex ἄν' ἄστυ. i. e. *per urbem*. Ceterum non indignus est qui comparetur pulcher Ovidii locus, Metam. VII. 606 sqq.

V. 181. ἐν δ'. Cf. ad. v. 27. Haud intellecta huius formulae vi, Nauckius coniecit ἠδέ, immemor vocabulis non sententiis copulandis eam voculam inservire. [1]) Eiusdem ingeniosam sane coniecturam ἀχὰν παραβώμιον pro ἀκτὰν παρὰ βώμιον iusto acerbius perstrinxit nuper Meinekius in An. Soph. Vereor enim, ut locus Aeschyli Choeph. 718 ἀκτὴ χώματος, quem primus Erfurdtius comparavit, vulgatam scripturam satis tueatur, quae si a Sophocle profecta est, saltem cum Dindorfio pro *ἄλλα* corrigendum ἄλλαν, quod idcirco recepi. Apte in fidem suae

1) Apud Aesch. Eum. 406: πρόσω δικαίων ἤ δ' ἀποστατεῖ θέμις corrigendum esse ἠδ' iam vidit Abreschius.

coniecturae Nauckius attulit Eur. Phoen. 1749 ἀμφιβωμίους λιτάς. — Ἀχὰν autem eo facilius in ἀκτάν potuit corrumpi, quod v. 177 illud vocabulum fuerat praegressum.

V. 185. ἱκετῆρες pro ἱκέτιδες, ut supra v. 81 τύχῃ — σωτῆρι pro σωτείρᾳ. Ad loci sententiam apte compares Ovid. Metam. VII. 587 sqq.

V. 186. στονόεσσα γῆρυς ὅμαυλος i. e. στενάγματα σύμφωνα τῷ παιᾶνι.

V. 188. εὐωπός et οἴνωπος esse heteroclita bene observat Dindorfius. Illud legitur Eur. Or. 916 et Ion. 1161, hoc Bacch. 236 et I. T. 1245. Formam femininam εὐῶπις usurpavit noster Trach. 523. Cf. Hom. Od. 113 (aliisque locis). In oratione pedestri respondet εὐπρόσωπος.

V. 190. μαλερόν i. e. ἄγριον, vox epica, lyrica et tragica. Aesch. Pers. 62, Ag. 137, Choeph. 322, Eur. Tro. 1300, ubi lege: μαλερῷ (pro μαλερὰ) μέλαθρα πυρὶ κατάδρομα. In dialogo non reperitur.

V. 185. ἀντιάζω pro ἀντιάζων bene emendavit Hermannus, probante Dindorfio. Sine causa dissentit Heimsoethius K. S. p. 361 sic scribens „damit würde bei Ἀρεά τε die Pest selbst „aufgefodert sich gefälligst zu entfernen, was freilich aller an„deren Götter Hilfe unnöthig machen würde und darauf soll „dann τὸν ὦ τᾶν — κεραυνῷ folgen." At vir eximius non intellexit verbi ἀντιάζω non ipsam Pestem esse obiectum sed deos in praecedentibus invocatos. Sensus: *vos precor, ut Mars tergum vertat.* Ἀντιάζειν praeterea in tragoedia nusquam usurpatur de *impetu hostili.* De περιβόατον pro περιβόατος vide ipsum Dindorfium adnotantem in edit. Oxoniensi III.

V. 193. ἄπουρον. Lectionem m. pr. ἔπουρον recepit Hartungius, quam plane vitiosam esse bene contendit iam Brunckius. Fortasse rem acu tetigit nuper Heimsoethius ἐξόριον (cf. Poll. VI 198) restituendum esse coniiciens. Ita metrum huius vs. accurate responderet metro v. antithetici 207. Quia tamen in nominibus propriis haud raro poetae sibi aliquam permittunt licentiam, nihil novavi. Verba παλίσσυτον — ἄπουρον significant ὑποστρέψαι ἐκ τῆς πατρίδος. Praeter παλίσσυτον a verbo σεύω tragici formarunt αὐτόσσυτος, θεόσσυτος, κραιπνόσσυτος, λαβρόσσυτος et fortasse νεόσσυτος, quod servavit Hesychius.

V. 198 sq. τέλει i.e. τελέως, ἀτέχνως. Elmsleius. τέλει i.e. θανάτῳ, *morti si quid nox reliqui fecerit.* Meinekius An. Soph. p. 223. At ἀφιέναι τι τινι significat potius *aliquid alicui permittere, remittere,* aut, ubi absolute ponitur, *omittere, negligere* (χαίρειν ἐᾶν). Quare potius cum Dindorfio probaverim Hermanni coniecturam τελεῖν, ut sententia sit: *nox si quid malorum perficiendum reliquerit.* Nec male haberet ἀεί, quod proposuit Arndtius, probante Heimsoethio K. S. p. 361. Bergkii lectio: τελεῖ γάρ· εἴ τι νὺξ ἀφῇ quid significet, non satis assequor.

V. 199. οἴχεται pro ἔρχεται evidens est Meinekii emendatio An. Soph. p. 223, et ita legit Scholiasta, qui interpretatur τοῦτο μεθ' ἡμέραν ἀνήρπασται. Cf. praeterea Heimsoethius K. S. p. 361, qui in cod. Vindob. 281 glossatorem adscripsisse monet ἀφανίζεται, comparans corruptam glossam Hesychianam οἴχῃ· ἠφανίσθη. Inversa ratione ap. Aristoph. in Vesp. 1261 ὥστ' ἀφεὶς σ' ἀποίχεται corrigendum est ἀπέρχεται. Pro μεθ' ἡμέραν ἐπ' ἦμαρ dixit Sophocles quoque in fragm. ap. schol. ad Eur. Phoen. 227, indicante Meinekio l. l. Cf. Eur. Cycl. 336.

V. 200. πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων. Similiter Sophocles Iovem in Phil. 1198 vocat πυρφόρον ἀστεροπητήν.

V. 206. ἀρωγὰ προσταθέντα. Locum corruptum esse putans Dindorfius edidit προσταχθέντα, cui emendationi parum favet metrum v. antithetici, qui in eadem sede habet iambum, quod non praeteriit Meinekium A. S. p. 224. Hic „si necessaria est" ait „Sophoclei loci correctio etiam faciliore mutatione προσταγέντα „scribi potuerit." Nolim tamen rarissimam hanc Aoristi formam, qua Sophocles nusquam usus est, huic poetae obtrudere. „Sed" ita pergit vir clarissimus „προστῆναι commode explicare licet de telis dei opem ferentibus, quemadmodum in Aiace habes πρόστητ' ἀναγκαίης τύχης." Cui loco tum alios addere possis cum Herod. IX 107: καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι Μασίστεω προὔστησαν.

V. 207. τὰς — πυρφόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας. Interpretum ad h. l. adnotationibus addatur locus Ciceronis Verr. IV § 74 „(Dianae Segestanae) admodum amplum et excelsum signum „cum stola; verumtamen inerat in illa magnitudine aetas atque „habitus virginalis; sagittae pendebant ab humero, sinistra „manu retinebat arcum, dextra ardentem facem praeferebat."

V. 212. *οἰνῶπα — Μαινάδων ὁμόστολον.* Similiter Aeschylus ap. Tzetzen ad Lycophr. v. 1247 *Πάτερ Θέοινε, Μαινάδων ζευκτήριε* et Ion Eleg. I: *Θυρσοφόροις μέγα πρεσβεύων Διόνυσος.*

V. 213. *πελασθῆναι.* Bergkius, ne opus esset articulo, quem primus Hermannus inseruit in v. antithetico, coniecit *πελασθῆν*, formam tragicis inauditam.

V. 214 sq. Heimsoethius K. S. p. 185 supplet *ἀγλαῶπι* [*λάμπαδι*], correcto *σπουδᾷ* pro *πεύκᾳ*, qua coniectura, licet parum sit probabilis, melius certe metro consulitur quam Hartungiana *ἀγλαῶπα πευκίναν | φλόγ' ἐπὶ*, eiecta vocula *ὦ* e vs. antithetico nescio cuius apographi auctoritate. Ad *ἀπότιμον* = *ἄτιμον* cf. *ἀπόξενον* pro *ἄξενον* v. 196 et *ἀπομούσως* pro *ἀμούσως*. Adiectivi *ἀποκαίριος* pro *ἄκαιρος* Phil. 155, quippe nati e locutione adverbiali *ἀπὸ καιροῦ*, alia ratio est.

V. 217. *τῇ νόσῳ.* Num, quaeso, Thebani erant monendi, *propulsato morbo malorum levamen se consecuturos esse?*, ut concedamus, quod ne verum quidem est, Pestem solam fuisse calamitatem, qua premerentur. Cf. v. 25 sqq. et 171 sqq. Quali sententia quid ineptius, quid ieiunius, quid denique falsius cogitari possit, non video. Contra id ipsum postulatur, quod infra textum monui, *τῷ θεῷ.* Cff. vss. 136, 243 et 252 sqq. Corruptelae autem ratio sic videtur explicanda, ut sumamus olim quum in detrito codice nihil appareret praeter literas Τ.. ΘΕΩΙ eas a librario confusas esse cum his Τ.. ΟΣΩΙ et hinc male suppletum esse Τ[ΗΙ Ν]ΟΣΩΙ, quum debuisset Τ[ΩΙ] ΘΕΩΙ.[1]) Scholiasta, qui *ἐπαρκεῖν καὶ συμπράττειν* interpretatur, genuinam lectionem fortasse habuit ante oculos. Ceterum *ὑπηρετεῖν τῇ νόσῳ*, quo de dubitabam, per se rectissime dicitur. Lucian. XLV, 23: *ἀλλ' ἢν ποτε κοῦφος πυρετὸς ἐπιλάβηται, πρὸς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ κτέ.*

V. 218. *ἀλκὴν — κακῶν.* Cf. Eur. Andr. 28: *ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν*, ubi malim *κἀπικούφισιν*. Orest. 1341 *οἴκτειρον ἡμᾶς κἀποκούφισον κακῶν.*

V. 220. Schol. *οὐ γὰρ ἂν τοσούτου ὄντος τοῦ χρόνου τοῦ μεταξὺ ἀνεζήτων τὸ πρᾶγμα, εἰ μὴ ᾔδειν καταληψόμενος· ἐλπίδα*

---

1) Contrarius error invasit Eur. Or. 398, ubi Oresti dicenti *λύπη μάλιστά γ' ἡ διαφθείρουσά με* respondetur a Menelao *δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος.* Suspicor: *δεινή γε νοῦσος κτέ.*

δ' *αὐτοῖς ὑποβάλλει ὅτι δύναται ἀνευρεῖν τὸν Φονέα, ἵνα προθυμότερον συλλάβωνται αὐτῷ. Nisi enim*, ait, *aeque essem ignarus rumoris de caede, quam ipsius facinoris, non nunc demum, longo tempore praeterlapso, illud investigarem, si non haberem aliquid indicii* (nempe oraculum allatum a Creonte, cl. v. 242, ut putat Dindorfius). *Nunc vero, nam post Laium interfectum demum inter cives receptus sum, vobis cett.* Vocabulum *μακράν* hanc interpretationem admittere persuasit mihi locus Euripideus Troad. v. 460: *οἵ τ' ἔνερθ' ἀδελφοὶ χὠ τεκὼν ἡμᾶς πατήρ | οὐ μακρὰν δέξεσθέ με;* neque igitur necesse est (cl. v. 16 et 998) interpretemur *procul investigarem*, ut fecit cum aliis Schneidewinus, qui propterea, recepto ex apographis quibusdam *αὐτὸς* pro *αὐτὸ*, voculam *μὴ* delevit, locum sic explicans: *rem vobis proponam, quia solus investigans non multum proficerem, quippe qui nullum habeam indicium.* At, ne recepta quidem hac correctione, quem ille voluit sensus nascetur, *primo* quod ita v. 219 ad *ἐξερῶ* poeta addidisset *ὑμῖν*, *secundo* quod formula *οὐ γὰρ ἄν* [1]) necessario spectat ea verba, in quibus est gravissimum sententiae pondus, itaque referendum est ad illa *ξένος μὲν τοῦ λόγου — ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος* (quae mox stabiliuntur verbis *ὕστερος — τελῶ*), non ad *ἐξερῶ*, *tertio* quod aliud est *procul investigare*, aliud *investigando proficere.*

Quamquam igitur procul ab hac tum interpretatione tum emendatione abhorreo, nolo tamen reticere me quoque dubitare de vulgatae scripturae integritate. Vix enim *σύμβολον* ad oraculum illud referri posse credideris, quippe in quo nullum de interfectore indicium appareat. Quocirca nescio an corrigendum sit: *οὐ γὰρ ἂν μακρὰν | ἴχνευον αὐτὸ κοὐκ ἔχον τι σύμβολον* hoc sensu: *Quae dicam aeque ignarus sermonum de Laii morte quam ipsius facinoris: sin minus, id hercle non investigarem longo temporis spatio praeterlapso neque omni carens indicio*, h. e. statim rem investigassem, quum recentem indicia nondum deficerent.

V. 222. *νῦν δ', ὕστερος γὰρ κτέ.* Ad constructionem compara

1) Ellipsis, huic formulae propria, saepius a scribis expleta est. Ita v. c. Herod. IV, 144: *οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίονος παρεόντος κτίζειν χώρου τὸν αἰσχίονα ἑλέσθαι*, [*εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί*] ultima quatuor verba insiticia esse locum inspicientibus apparebit.

Il. Ω 223. — Ἀστός εἰς ἀστοὺς τελῶ. Apte compararunt editores κοινὸς ἐν καινοῖσι Ai. 267, ἐν ξένᾳ ξένον, alia, quare non ausus sum sequi exemplum eorum, qui ex apographis quibusdam pro ἀστός substituant αὐτός. Perpetua autem est in libris MSS. utriusque vocabuli confusio. Apud Euripidem in Suppl. v. 355 λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων | ἐς πλῆθος αὐτῶν εἶμι, obtemperatum oportuit Elmsleio corrigenti ἀστῶν. Recte nuper Meinekius idem vocabulum Sophocli reddidit O. C. 912, ubi infeliciter Heimsoethius K. S. p. 60 proposuit αὖθις, nec melius Nauckius υἱός.

V. 227. Locum aut hiulcum esse dixi aut gravissime depravatum. Nihil certe hucusque repertum esse reor quod sufficiat. Hartungius de sua coniectura edidit: καὶ μὲν φοβεῖται τοὐπίκλημ', ὑπεξίτω αὐτὸς καθ' αὑτοῦ, non memor Graecum esse ὑπεξίτω αὐτὸς ἑαυτῷ. Non magis probaverim quod in Teubneriana editione de suo scripsit Dindorfius ὑπεξέλοι, ut sit *crimen subterfugiat*, nam, ut taceam Optativo locum non esse, falsam esse eam coniecturam verba αὐτὸς καθ' αὑτοῦ, quae ita idoneo sensu careant, satis evincunt. Denique repudio, quod nuper post Blaydesium et Nauckium proposuit Heimsoetheus K. S. p. 92: καὶ μὴ φοβείσθω τοὐπίκλημ' ὑπεξελεῖν κτέ., quae et violenta mutatio est, et aperte pugnat cum notione verbi ὑπεξαιρεῖν. Bene iam monuit Hartungius ἑλεῖν, ἐξελεῖν, ὑπεξελεῖν ἔγκλημα κατά τινος Graecis inaudita esse. Electr. 1420, quo loco abutuntur critici, ὑπεξαιρεῖν significat *subducere*.

V. 229. ἀστεργές = πικρόν per litoten, ut saepe ἀτερπής pro λυπρός et apud poetas Latinos *inamabilis* pro *invisus*, *odiosus* ponitur. Mox ἀσφαλής satis defenditur loco O. C. 1288 neque ulla causa est, cur cum Dindorfio in Teubneriana praeferamus Grammatici coniecturam ἀβλαβής.

V. 230 corruptum esse nemo dubitat. Plerique critici sedem vitii quaesiverunt in vocabulis ἐξ ἄλλης χθονός, quia iussisset oraculum μίασμα χώρας — τεθραμμένον χθονὶ ἐν τῇδ' ἐλαύνειν, neque igitur de peregrinis esset quicquam edicendum. Hinc Wunderus partim e Vauvillersii partim e Neuii coniectura edidit ἢ 'ξ ἄλλης χερός, quam mutationem non sufficere intellegens Heimsoethius praeterea rescribi iussit: ἢ καὐτόχειρα, h. e., ipso interprete, ἢ ἐξ ἄλλης χερὸς ἢ καὶ οἰκείαις χερσὶ τοὔργον

ποιήσαντα. At nemo facile probaverit hanc sententiam verbis ita correctis inesse. Erat, quum putarem Sophoclem in Trach. 391 similiter locutum esse ubi scripsit: οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται, sed huius loci aliam rationem esse neminem utrumque locum diligenter comparantem latebit. Aliam viam ingressus est Nauckius in ἄλλον latere ἐλθόντ' suspicatus. At ne sic quidem tollitur difficultas; nam haud intellegitur cur haec speciatim adderet rex, quum iam in superioribus v. 224. sqq. generatim dixisset: ὅστις — Λάιον — κάτοιδεν — ἐκ τίνος διώλετο, τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοί.

Recte tamen Nauckius hoc perspexisse mihi videtur ἄλλον depravatum esse, reliqua sana, et, nisi egregie fallor, poetae reddendum est: εἰ δ' αὖ τις ἐλθὼν οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονὸς τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω.

Nempe Oedipus postquam dixerat: *si quis vestrum* (i. e. civium Thebanorum) *novit Laii interfectorem, eum omnia indicare mihi iubeo* aptissime subiungit: *sin vero qui peregrinus* (ἐλθὼν ἐξ ἄλλης χθονός) *Thebis degens facinoris auctorem cognoverit, ne taceto.* Sic demum intellegitur quorsum spectent sequentia τὸ γὰρ κέρδος τελῶ 'γὼ χἠ χάρις προσκείσεται. Civibus suis rex *imperat*, a peregrinis *petit polliceturque iis tum mercedem tum gratiam.* Ne quis obmoveat huic coniecturae, non satis recte sic sibi respondere verba κεἰ μὲν φοβεῖται et εἰ δ' αὖ τις ἐλθών, secum reputet omnium consensu ista depravata esse.

V. 232. κέρδος — χἠ χάρις προσκείσεται. Cf. Eur. Rhes. 112 παντὶ γὰρ προσκείμενον | κέρδος πρὸς ἔργῳ τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.

V. 237. Si νέμω sanum est, θρόνους per ζεῦγμα additum sit necesse est; nam, ut nihil est tritius quam κράτη νέμειν (cf. Ai. 1016 et supra v. 201), θρόνους νέμειν nec dici memini, nec qui dici potuerit satis intellego, sed constanter Graeci dicunt θρόνους ἔχειν. Cf. O. C. 1354, Aesch. Sept. 205, Eur. H. F. 167. Praeterea h. l. offensione non caret, quod post breve intervallum v. 240 idem verbum νέμειν in eadem senarii sede recurrit, quam rem, nisi ubi cum emphasi idem vocabulum repetitur, anxie Sophocles, ut omnes boni poetae, evitare solet: quod in paucis criticis bene observavit Heimsoethius. Vix igitur dubito h. l. scribae oculos aberrasse ad v. 240, Sophoclem autem recte et ordine scripsisse: ἧς ἐγὼ κράτη τε

καὶ θρόνους ἔχω, ut fecit in Antig. v. 137: ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω. Cf. infra v. 586.

V. 238. μήτ' ἐσδέχεσθαι. Cf. Eur. Or. 430 ἐκκλῄομαι γὰρ δωμάτων ὅποι μόλω. — Μήτε προσφωνεῖν. Cf. ib. 75 προσφθέγμασι γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν, et 512 sqq. Ad χέρνιβας νέμειν cf. ib. v. 1601 εὖ γοῦν θίγοις ἂν χερνίβων.

V. 240. χέρνιβας. Fortasse non iniuria Bergkius retinuit primae manus scripturam χέρνιβος, qui potest esse genetivus partitivus; ut νέμειν χέρνιβος ad verbum significet *tribuere* (partem) *aquae lustralis*. Neque singularis numerus insolitus est. Cf. Soph. fragm. 708, Aesch. Eum. 656, Eur. Alc. 100, H. F. 929; qui locus rem egregie illustrat: μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν ἐς χέρνιβ' ὡς βάψειεν. Cf. Athen. IX p. 409 A et inprimis Arist. Pac. 956—962. — κοινός pro κοινωνός dixit etiam Aristophanes Vesp. 917.

V. 244—254. De transponendis v. 246—251 post 272 Ribbeckius egit in Museo Rhenano XIII p. 129—132. Non autem huic primo aliquid horum suboluisse apparebit legenti Dobraei annotationem in Advers. II p. 32. Praeterea vero ipsa res clamare mihi visa est, versum 255 οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον κτέ. statim sequi debere post illa: ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί, neque minus v. 244 sq. ἐγὼ μὲν οὖν τοιόσδε τῷ τε δαίμονι κτέ. non potuisse olim obtinere alium locum quam post illa verba: νῦν δ' ἐπεὶ (v. 258) — τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος (v. 268), quibus rex significavit se, Lai successorem, illiusque viduae maritum, nihil intentatum relicturum esse, ut caedis auctorem pervestiget. Idcirco illos quoque vss. loco, quo nunc leguntur, movere non dubitavi.

V. 258. Hartungius de sua coniectura edidit νῦν δ' ἔφη, κυρῶ τ' ἐγὼ ut ad ἔφη cogitetur θεός ἐλατέον εἶναι τὸ ἄγος (cf. θεήλατον 255), quod sane memorabile foret breviloquentiae exemplum. Ego cum ceteris criticis Burtoni correctionem recipere non dubitavi, nisi quod pro τ' correxi γ', quod commendavit Meinekius An. Soph. p. 224, bene monens τε post κοινῶν hanc totam orationis partem κοινῶν — ἐκπεφυκότα coniungere cum proxime antecedentibus. Eiusdem viri iudicium in Teubneriana ed. probavit Dindorfius.

V. 261. κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν. Infeliciter Nauckius κύματ' = κνήματ', paullo melius Hartungius σώματ' pro κοίν' ἄν substituendum esse coniecit. Longe sane his opinionibus praestat, me iudice, Schmidtii suspicio, quam proposuit in Philol. a. 1861: καὶ νῷν (i. e. mihi et Laio) τὰ παίδων κοίν' — ἦν ἂν ἐκπεφυκότων, nisi quod fortasse ἐκπεφυκότα servari poterit.[1] Nuper tamen vulgata scriptura egregium defensorem nacta est Meinekium, qui interpretatur: *communes nobis nati essent liberi fraternitatis vinculo inter se nexi*, quasi dicas κοινῶν τε παίδων ἀδελφότητα.

Obscurius sane, si ita scripsit, poeta, locutus esse censendus est et idcirco vituperandus. Σοφόν τοι, ait Euripides, τὸ σαφές, οὐ τὸ μὴ σαφές; neque eo vitio laborat, quod hic poeta, similiter repetito adiectivo κοινός, dixit in Ione v. 652 κοινὴν τραπέζης δαῖτα πρὸς κοινὴν πεσών.

V. 264. τάδ'. Non necessariam esse Mudgii correctionem τοῦδ' pro τάδ' hodie fere convenit inter criticos, certatim laudantes Ai. 1346. Addere possis locum Aristoph. Vesp. v. 334 τίς γάρ ἐσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων, κἀποκλείων τῇ θύρᾳ, nisi, ibi potius aut mecum legendum sit: τίς γάρ ἐστ' ὦ τᾶν ὁ σ' εἴργων, aut οὑνταῦθά σ' εἴργων, quod in *Vindiciis Aristophaneis* proposuit Meinekius. Quaerendum autem loco, quem tractamus, an propter comparationem ὡσπερεὶ τοὐμοῦ πατρός pronomen demonstrativum τοῦδε recte omitti potuerit. Ego quidem de ea re valde dubito. Videant alii.

V. 244. „Da nicht von Gesinnungen die Rede ist, sondern „van Handlungen ist τοιόσδε verschrieben für τοιοῖσδε." Heimsoethius K. S. p. 91. Argutius quam acutius, et acutius quam verius!

V. 245. πέλω. Rarior est in tragoedia forma media πέλομαι, cui locus concedi non videtur nisi in melicis. Quare apud

---

1) Simillima corruptela laborare mihi videtur locus Euripideus in Oreste v. 1054, ubi Electrae dicenti: πῶς ἂν ξίφος νῷ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι, | καὶ μνῆμα δέξοιτ' ἕν; respondet frater: Ἥδιστ' ἂν εἴη ταῦθ'· ὁρᾷς δὲ δὴ φίλων | ὡς ἐσπανίσμεθ', ὥστε κοινωνεῖν τάφου. Non sepulchri communio, opinor inde sequebatur, quod amicis destituti essent, sed utriusque praematura mors, qua fiebat ut sepulchro indigerent. Procul dubio igitur reponendum: ὥστε καὶ νῷν δεῖν τάφου: i. e. *ut vel sepulcro nobis opus sit.*

Aesch. in Eumen. 199 *αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει* verius mihi videtur *πέλεις*.

V. 254. *κἀθέως*. Non meminerat Heimsoethius loci Sophoclei in Electr. 1181 *ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον*, quum K. S. p. 91 infelicissime coniiceret *κἀτέκνως*. Adverbium *ἀκάρπως* non tantum fructus agrorum sed etiam (trita tragicis metaphora) maternae *ἀρούρας* proventus spectare videtur. *Ἄθεοι* dicuntur, *quos dii ope sua destituerunt*. Cf. v. 1360 *νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ' ἀνοσίων δὲ παῖς*. Hinc recte Phrynichus Bekk. p. 14 explicat: *οἷον μηδενὸς θεῶν ἐπικουρίας παρούσης*.

V. 270. *αὐτοῖς* mutandum erat in *αὖθις*, quocum saepius in codd. confundi constat. Diversa est eorum locorum ratio, quos ad h. l. tuendum excitavit Wunderus. Herod V. 85 extr. *αὐτὸν* valet *μοῦνον*. Rectissime, ut hoc utar, mox v. 248 in apodosi additur *νιν*, quia ibi sententia interiecta a prodosi dirimitur. Cf. Trach. 287 sqq. et Electr. 1364 sqq. *Ἀνιέναι* s. *ἀναδιδόναι* fruges tam ipsa terra dicitur quam, ut h. l., dii.

V. 272. Ad dictionem compara Electr. v. 1370, Antig. 64, Aesch. Prom. 871. — *πότμος* est vocabulum *medium*. Cf. Aesch. Pers. 695.

V. 248. Porsoni emendationem *ἄμορον* contra Blaydesii coniecturam *κακὸν κακῶς νιν δύσμορον τρίψαι βίον* bene tuetur Meinekius An. Soph. p. 225.

V. 250. Annotare neglexi in var. lect. me *ξυνειδότος* correxisse pro *συνειδότος*.

V. 275. Cf. O. C. 1124.

V. 276. Cf. Ant. 329 *τὸ γὰρ | πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ' οὔτ' εἶδον ὅστις ἦν ὁ δρῶν*.

V. 278. *τοῦ πέμψαντος*. Cf. infra v. 301.

V. 276. *εἶλες* pro *ἔλαβες* Eustathius p. 1809, 14, memoriae errore, ut videtur Dindorfio. Ib. *ὥσπερ — ὧδε*. Cf. O. C. 276, et 284, ubi *ὧδε* in apodosi omissum.

V. 280. *ἀλλ' ἀναγκάσαι θεοὺς κτέ*. Similis sententia legitur apud Euripidem in Ione v. 374 sqq: *ἐς γὰρ τοσοῦτον ἀμαθίας ἔλθοιμεν ἄν, εἰ τοὺς θεοὺς ἄκοντας ἐκπονήσομεν, φράζειν ἃ μὴ θέλουσιν ἢ προβωμίοις σφαγαῖσι μήλων ἢ δι' οἰωνῶν πτεροῖς*. Romanis id non omnibus aeque persuasum fuisse, docet exemplum Tulli regis apud Livium I c. 31 extr., licet *prava* et illis ea *religio* videretur.

V. 287. Bene intellexit Meinekius hic locum non esse verbo medio πράττεσθαι. Similiter apud Aristophanem Vesp. v. 183 corrigendum puto φέρ' ἴδωμεν pro φέρ' ἴδωμαι, quae forma a comoedia prorsus aliena est.

V. 292. ὁδοιπόρων. Hic rumor propius aberat a vero. A mente poetae prorsus aberravit Schmidtius, qui coniecit ὁδοιδόκων, quod si verum esset, hoc colloquium inepte abundaret. Cf. 122.

V. 293. Primus Dindorfius ex anonymi coniectura edidit τὸν δὲ δρῶντ' οὐδεὶς ὁρᾷ. Heimsoethius autem intelligens ne ὁρᾷ quidem ferri posse proposuit ἐρεῖ (K. S. p. 21). At ita O. loqui non potuit, nisi si desperaret de iis, quae ipse paullo ante in contione (v. 224 sqq.) edixerat. Perspicuum vero est regem chori verbis θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων sic fere debuisse respondere: *Audivi et ego, sed nemo dicit quis facinus commiserit.* Hinc verum esse puto: τὸν δὲ δρῶντ' οὐδεὶς θροεῖ, quod olim scriptum ΘΡΟΕΙ facile abiit in ΟΡΟΙ, unde mox natum est ΟΡΑΙ. Verbum θροεῖν pro λέγειν Sophocli est in deliciis; praeterquam enim h. l. et v. 1320, ubi restitutum est a Bergkio pro φορεῖν, decies septies legitur in fabulis eius superstitibus. Fortasse his locis addi potest Trach. 419, ubi nescio an in ὁρᾷς idem verbum delitescat (θροεῖς), quod moneo in usum eorum, qui in sanando illo loco depravatissimo ingenium experiri velint.

V. 294. Iure spreverunt critici Wunderi coniecturam τρέφει μέρος. Nam etsi δεῖμα τρέφειν Sophocleum est et bene Graecum, δείματος μέρος τρέφειν subabsurdum est. Nempe μέρος (s. μοῖραν) τινός Graeci iungere solent verbis ἔχειν, λαμβάνειν, λαγχάνειν ad significandam eam notionem, quae subest compositis μετέχειν, μεταλαμβάνειν, μεταλαγχάνειν. In plerisque edd. recepta est coniectura Tricliniana δείματός γ' ἔχει μέρος, in qua γε metri fulcrum esse nec praeterea quicquam, fugiet neminem. Hinc cum Dindorfio admisi correctionem Hartungii.

V. 297. Sine idonea causa haec tentat Heimsoethius (K. S. p. 198), ἀλλ' οὐξελέγξων νιν πάρεστιν coniiciens, quae lectio, me iudice, est vulgata deterior. Mihi certe, quem ἄγουσιν (v. 298), is nondum adesse videtur.

V. 300. ὦ πάντα νωμῶν. Plato Cratyl. 411 d. τὸ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταὐτόν. Cf. Herod. IV 128. — Sophocles h. l. et

Aeschylus Sept. 21 abstinuerunt ab imitando loco Homerico de Calchante ὃς τ' ᾔδει τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, quem poeta minus ingeniosus Euripides saepius expressit. Cf. Helena v. 14, Iph. T. 1264, Ion. 7.

ib. διδακτά τε ἄρρητά τ'] i. e. ῥητά τε καὶ ἄρρητα.

V. 301. χθονοστιβῆ] vox ab ipso, ut videtur, poeta formata non nisi h. l. reperitur. Analoga πεδοστιβής, ἀστιβής, εὐστιβής, et apud sequiores ὁμοστιβής et μονοστιβής.

V. 305. εἴ τι μὴ primus recepit Wunderus, quem Dindorfius et alii secuti sunt. Aberraverant scribae oculi ad v. 302. Minus placet Fritzschii coniectura, quam Bergkius recepit, εἰ μὴ καί.

V. 308. „Prorsus inutile ad sensum ac prope dixerim lan- „guidum est istud εὖ, quo debilitatur potius sententiae vis „quam acuitur. Neque ullo alio loco Sophocles μανθάνειν εὖ „coniunxit, qui si vim notionis quae subest verbo μανθάνειν „intendit, ἐκμανθάνειν dicit constanter" Meinekius An. Soph. p. 226. Ap. Eur. Hel. 320 correxerim ἐκμαθοῦσα δὲ pro δ' εὖ.

V. 312. ῥῦσαι σεαυτὸν κτέ. Similis est orationis color in Electra v. 987, ubi sororis implorat auxilium: παῦσον ἐκ κακῶν ἐμέ, παῦσον δὲ σαυτήν. Homerus Od. ν. 230. ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα σάω δ' ἐμέ.

V. 316. τέλη λύῃ = λυσιτελῇ. Eodem sensu nudum verbum λύειν usurpat Soph. El. 1005 λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν οὐδ' ἐπωφελεῖ. Saepius sic Euripides sed cum Dativo casu. Cf. Med. 566, 1112 et 1362, Alc. 631. Hesych. λύει· λυσιτελεῖ. Fortasse eodem verbo usus est Euripides in Suppl. 597: ἀρετὴ δ' οὐδὲν φέρει βροτοῖσιν κτέ., ubi libri variant inter φέρει et λέγει, quorum verborum neutrum satis aptum est. Λύει speciose suspicatur Heimsoethius. — Ad sententiam apte comparaveris Trach. 312 sq., qui locus his Tiresiae verbis illustratur.

V. 318. διώλεσα i. e. ἐπελαθόμην, ut σώζειν (s. σώζεσθαι) dicitur pro μνημονεύειν. Cf. O. C. 1530, Trach. 682, Aesch. Prom. 523, Eur. Suppl. 916, Hel. 265 sq.

V. 320 sqq. ἄφες μ'. Similiter, sed arte longe inferiore, apud Euripidem in Phoenissis v. 894 sqq. Tiresias oraculum Creonti aperire recusat; Creon, ut loquatur, vatem impellit (ἄκοντα προὐτρέπει λέγειν).

V. 322. ἔννομα. Tiresias, qui ut vates Apollinis publica fruebatur auctoritate, reticendo Phoebi oracula, si non contra

scriptas leges, at certe contra τοὺς ἀγράφους νόμους peccare Oedipo poterat videri. Quare fortasse nihil novandum.

V. 324. Dindorfius in ed. Teubner. de coniectura sua edidit: ὁρῶ γὰρ οὔτε σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν | πρὸς καιρὸν ὀρθῶς, μήτ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω; in qua lectione ὀρθῶς mihi displicet et post μήτε, ni fallor, requireretur Optativus, ut legitur v. c. Antig. 685: ἐγὼ δ' ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε | οὔτ' ἂν δυναίμην, μήτ' ἐπισταίμην λέγειν. Ad languidum istud ὀρθῶς defendendum alios requirimus fideiusfores quam Lucianum, unde Dindorf. citat ὀρθῶς κατὰ καιρόν (vol. III p. 244). Quae autem e Sophocle affert δικαίως ὀρθόν v. 853 infra, ubi ipse probat verissimam emendationem δίκης ἐς ὀρθόν, et Trach. 347, ubi hoc ipsum legitur, nihil huc facere nemo melius intelleget quam ipse vir praeclarissimus. Etiam in eo fallitur, quod ait scholiastam ad h. l. explicare μηδὲ per μή, interpretantem: κἀγὼ οὖν φωνὴν μὴ πρὸς καιρὸν ἀφιέναι φυλάσσομαι. Nam, si quid video, hic recte solvit voculam μηδέ in καὶ μή. Similiter v. superiore οὐδὲ σοὶ non valet, opinor, *ne* tibi *quidem*, sed *et* (etiam) *tibi non*. Ita haud raro Graeci dicunt: εἴ τις καὶ ἄλλος, κἀγώ et similia, καὶ posito in utroque membro.

Hoc vero libens Dindorfio concedo parum probabilem esse aposiopesin verbi σιγῶ, ad quam confugit Scholiastes.

Nescio igitur an vera sit lenissima Dobraei correctio ὥστ' οὐ μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω. Comparari poterit locus Aristophaneus in Pace. v. 1037: ὥστ' οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ὢν ζηλωτὸς ἅπασιν. Ad φώνημα quod attinet, est id vocabulum Sophocli peculiare. Cf. Aiac. 16, Phil. 233 et 1295.

V. 329. τἄμ' ὡς ἂν εἴπω. Corrupta haec esse, vix quisquam dubitat: medicina perquam incerta, ut vel ex ingenti coniecturarum numero potest apparere, quarum praecipuas commemorabo. Brunckius: τἄμ' ἐξενείπω (debuerat certe ἐξανείπω, ut ait Dind.) Dindorfius: τἄμ' ἐξανοίξω vel ἐξελίξω, cl. Eur. Suppl. 141 σὺ δ' ἐξελίσσεις πῶς θεοῦ θεσπίσματα; At ibi de interpretando non de aperiendo oraculo sermo est. Quare hoc quidem nomine praetulerim τἄμ' ἐξενέγκω, cl. Trach. 741: οἴμοι τίν' ἐξήνεγκας, ὦ τέκνον, λόγον; Nuperrime Meinekius in An. Soph. p. 226 τἄμ', ὡς ἂν ᾗ φῶ i. e. *nunquam ego mea, utcumque se habeant, effabor*, ut εἴπω sit explicatio voculae φῶ (cl. Hesych.

φῶ· εἴπω). Aliis nescio, sed mihi ista *utcunque se habeant* huic loco parum convenire videntur, nec cur Tiresias adderet satis causae fuisse puto.

Meliorem viam iniisse mihi videntur qui εἴπω sanum esse statuentes vitii sedem quaesiverunt in voculis τἄμ' ὡς ἄν. In his est C. F. Hermannus, qui proposuit τὰ μάσσον' εἴπω, non male. Cf. Aesch. Ag. 598: καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ λέγειν ἐμοί; Minus mihi placet Bergkianum ἃ μοὖττ' ἀνείπω s. ἃ μοὔστιν εἴπω. Melius ferrem, quod reposuit Hartungius τὰ θέσφατ' εἴπω, aut quod edidit Nauckius ἄνωγας εἴπω. Eodem tamen iure possis τἄγνωτον εἴπω et alia fortasse haud pauca, ita ut nilquicquam certi de hoc loco statui posse videatur.

V. 335. ὀργάνειας h. l. = ὀργίσειας; alibi idem verbum notionem habet intransitivum = ὀργίζεσθαι. Cf. Trach. 552 et Eur. Alc. 1110. Mirum est formam ὀργίζειν, qua Aristophanes, Plato, alii utuntur, nusquam apparere apud tragicos, apud quos tamen forma media huius verbi non est infrequens. Cf. 339, 364. Satis iam explosa est summi Hemsterhusii παραδιόρθωσις: ὀργάσειας, quae imposuit Ruhnkenio ad Tim. lex. p. 129.

V. 336. ἀτελεύτητος Gl. ἄπρακτος, ἀκαμπής. Agnoscit Eustathius p. 441. Reiicienda certe Scholiastae interpretatio: τὸν μὴ τελευτὴν ἐπάγοντα τοῖς ζητουμένοις, quam probare videtur Dindorfius. Ni quid peccatum sit a scribis, melius cum Nauckio intellegas *intractabilem* (*mit dem man nicht zu ende, nicht weiter komt*). Cogitavi de reponendo κἀνερεύνητος i. e. *et inscrutabilis*, vel κἀπαραίτητος. i. e. *et inexorabilis*.

V. 337. τὴν σὴν (ὀργήν). Cf. O. C. 855, ubi idem animi vitium Oedipo exprobatur a Creonte. Adde ib. 954 sqq.

V. 338. ἀλλ' ἐμὲ ψέγεις. His verbis, ut recte ait Nauckius, cum emphasi repetitur cogitatio ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν. Locis, quos affert, addatur Eurip. Andr. 711 ἡ στεῖρος οὖσα μόσχος οὐκ ἀνέξεται | τίκτοντας ἄλλους, οὐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα. Temere igitur quem tractamus locum vexavit Hartungius violentissime rescribens: ἀλλὰ λανθάνει. Obiter verbum ψέγειν reddatur Sophocli O. C. v. 594; ubi Theseo *vituperanti* Oedipus respondet: ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει, τανῦν δ' ἔα. Cui ille: δίδασκ'· ἄνευ γνώμης γὰρ οὔ με χρὴ λέγειν. Genuinum esse ψέγειν vix poterit dubi-

tari. Similiter ap. Eur. Suppl. 565 malim πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων ψ ό γ ο υ ς pro λόγους.

V. 343. πρὸς τάδ'. Cf. v. 426, i. e. *proinde*. Sequente Imperativo haec formula usurpatur ab eo, qui significare velit se firmiter aliquid decrevisse, quicquid inde sequatur, aut quicquid obnitatur adversarius. Cf. Electr. 820, O. C. 455, Eurip. Syl. fr. 1, Aesch. Prom. 915, 992 et 1043 et Bacch. 431, ubi nondum me poenitet olim coniecisse: τόδ' ἐγὼ οὐ ψέγοιμ' ἂν pro τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.

V. 347. καὶ συμφυτεῦσαι — εἰργάσθαι. Prapositio σύν mente repetenda ad εἰργάσθαι. Alii iam laudarunt Ant. 537, sed prorsus simile est quod Aeschylus dixit in Prometheo v. 331 πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί, quem versum iniuria suspectum habuit Kiehlius in dissertatione *de Prometheo denuo edendo* p. 55.

V. 348. καίνων. Verbum simplex in antiquiore Graecitate apud solos tragicos reperitur praeterquam ap. Xenoph. Cyropaed. IV 2. § 24, ubi legendum suspicor: οὗτοι δὲ κατακαινόντων. Cf. Suid. in v. κατακαίνων. Locos Xenophonteos, ubi verbum compositum exstat, suppeditabit Sturzius in lexico Xen.

V. 349. εἶναι recte suppletum videtur a. m. antiqua. Sophocles enim post φημί nusquam hoc verbum videtur omisisse.

V. 354. ἐ ξ ε κ ί ν η σ α ς ῥῆμα paullo vehementius dictum quam ἐκρίπτειν, ἀπορρίπτειν sive ἐκβάλλειν.

V. 356. τἀληθὲς — ἰσχῦον τρέφω. Ad sententiam cf. 369. *O nulli quicquam mentite* Hor. Serm. II, 5, 5. Antig. 1195 ὀρθὸν ἀλήθει' ἀεί. Dem. XIX § 208 τἀληθὲς ἰσχυρόν.

V. 359. Cf. Aesch. Choeph. 767 λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

V. 360. Si vera est Brunckiana coniectura ita correcta ut in var. lect. significavi, verbo ἐκπειρᾶσθαι poeta usus est eodem sensu, quo Aristophanes Eq. 1234: καί σου τοσοῦτο πρῶτον ἐκπειράσομαι. Ad πρὸς τί cf. infra v. 766 et Aiac. v. 40.

V. 365. σὺν τοῖς φιλτάτοις. Cf. v. 1184, unde apparet nihil esse cur cum Nauckio corrigamus τοῖσι φιλτάτοις. Neque in metro quicquam est, quo merito offendamur.

V. 369. τῆς ἀληθείας σθένος. Teste Heimsoethio p. 206 cod. Mon. 500 exhibet κράτος superscripto σθένος, unde non debebat concludere illud esse genuinum. Quod attinet ad sententiam,

similiter vim veritatis laudat Euripideus Tiresias Phoen. 922, quaerens ex Creonte: ἀπέλωλεν ἀλήθει', ἐπεὶ σὺ δυστυχεῖς;

V. 370. ἔστι — ἔστ'. Idem est orationis color in O. C. 787 οὐκ ἔστι σοι ταῦτ', ἀλλὰ σοι τάδ' ἔστ' ἐκεῖ | χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων ἀεί. Singularis autem est in repetito verbo emphasis. Sic infra v. 335 ἔπειθες ἢ οὐκ ἔπειθες; Aesch. Sept. 203 ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῇ λέγω; cf. ib. 100. Infra 1141 λέγω — ἢ οὐ λέγω; Eur. Ion. 825. — Huius autem scenae, qua me iudice non est alia in toto hoc dramate artificiosior, bene sensit summam praestantiam Patin *Etudes sur les tragiques Grecs*, *Sophocle* p. 170. „Quel contraste entre cet aveugle, a qui sont visibles les „evénements les plus secrets, et ce prince d' un esprit si „clairvoijant, qui ne connait pas lui même. Par quel singulier „rapport sa cecité insultée par Oedipe devient elle le présage „et comme la cause de l'aveuglement volontaire, auquel „l'infortuné se condamne".

V. 371. Huius versus παρήχησις, de qua vide interpretes, paene deterret me a sententia, quam protuli in Ex. Crit. p. 115 vocabula τά τ' ὦτα depravata videri. Nec tamen eum scrupulum animo potui evellere ob duas praesertim causas. Primo enim *caecus* erat, non *surdus*, Tiresias. At prae ira, inquit, Oedipus ei etiam illud naturae vitium, etsi falso, obiicere poterat. Quod fac ita esse, visu quidem postea se privavit Oedipus, auditu, ut ipse ait 1386 sqq., privare se non potuit; neque ergo Tiresias potuit respondere loco. quem tractamus: σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων, ἃ σοὶ οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα. Durum certe haec ita explicare, ut spectent sola vocabula: τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματα. Nihil tamen repperi, quod vocabulis τά τ' ὦτα cum aliqua veri specie substitui possit. Quaerant alii. Ceterum comparetur Horatius Serm. II. 3, 284: sanus utrisque, | *auribus* atque *oculis; mentem* nisi litigiosus | exciperet dominus "cett. — Ib. τόν τε νοῦν. Hoc substantivum hodie male legitur ap. Arist. Ran. 1396: πειθὼ δὲ κοῦφόν ἐστι καὶ νοῦν οὐκ ἔχον, Suspicor: κὤγκον οὐκ ἔχον, i. e. *pondere carens.*

V. 372. Κρέων δὲ κτέ. Hunc versum, ut monui in Ex. Crit. p. 86, in rem suam convertit Plutarchus in *consol. ad Apollon.* 30 p. 117 A: διὸ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὀδύρονται στένοντες καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀτυχίαν αἰτιώμενοι, πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι·

θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σύ σοι.
καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη.
Recepit scilicet Wagnerus hunc vs. inter Anonymorum tragicorum fragmenta n. CXXXV.

V. 380 sqq. Oedipus, quippe tum opibus et potentia, tum scientia insignis, illarum invidia Creontem, huius Tiresiam captum esse suspicatur. Nec mirum: ἔνεστι γάρ πως, ut vere ait Aeschylus, τοῦτο τῇ τυραννίδι νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι. Ceterum, praeter Phil. 137 sq., compara Eur. Bacch. 905 ἕτερα δ' ἕτερος ἕτερον ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθε.

V. 385. Cf. Trach. 541.

V. 387. ὑφείς *subornans* = ὑποπέμψας. Infra 705 eodem sensu μάντιν κακοῦργον εἰσπέμψας.

V. 388. ἀγύρτην. De hac voce vide Steinium ad Herod. IV 35,10. — ἐν τοῖς κέρδεσιν. Similiter Antig. 1055 τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος. Cf. Iph. A. 520 sq., 956 sqq., Bacch. 255 sqq.

V. 390. σαφής i. e. ἀληθής fere sollemne est apud tragicos de Apolline ceterisque vatibus. Μάντις — ἄκρος dixit noster Electr. 1499, unde Euripidi Heracl. 65 reddo: μάντις δ' ἦσθ' ἄρ' οὐκ ἄκρος τάδε pro οὐ καλός.

V. 393. Ad structuram compara Thuc. VI. 22 extr. πολλὴ γὰρ οὖσα (ἡ στρατιὰ) οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι.

V. 394. μαντείας ἔδει trita locutio de *rebus obscurioribus*. Cf. Eur. Hipp. 236 τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς ibique Valckenaerii adnotatio; praeterea Rhes. 952, Med. 239, Hipp. 346, Aesch. Choeph. 777.

V. 397. ΕΛΥCΑ pro ΕΠΑΥCΑ certa est emendatio; nam vocula νιν non alio potest referri quam ad αἴνιγμα. Ovid. Metam. VII. „Carmina Laiades non intellecta priorum *solverat* ingeniis." Mira codicis corruptela ὁ μηδὲν οὐδεὶς Οἰδίπου usque eo imposuit Schmidtio, ut in Philologo a. 1861 perquam infeliciter coniecerit ὁ μηδὲν ᾠδῆς κτέ., ne absurda quidem constructione deterritus.

V. 402. γέρων saepe denotat ingenii imbecillitatem, ut νέος imperitiam ac levitatem. Cf. Soph. O. C. 931, Eurip. Andr. 678, Iph. A. 489. Hinc ut bene observat Dindorfius, poeta dicit ἐδόκεις.

V. 403. παθὼν ἔγνως ἄν. Locis, quos interpretes ad proverbialem hanc locutionem illustrandam attulerunt addatur Aesch. Ag. 1609: γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ | τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον. Cf. 1649.

V. 410. σὺ γάρ τι. De hac formula vide Valckenaerium ad Hipp. 792. Ib. σοὶ ζῶ δοῦλος. Eur. Iph. A. 33 σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν. Nempe servis non erat παρρησία. Phoen. 392 δούλου τόδ' εἶπας μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ. Ion. 673 καθαρὰν γὰρ ἢν τις ἐς πόλιν πέσῃ ξένος | κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα | δοῦλον πέπαται κοὐκ ἔχει παρρησίαν. Ceterum infitias non ibo, si in codice legeretur, praeplacituram mihi fuisse huiuscemodi scripturam: οὐδ' αὖ Κρέοντος κτέ. Ita diceret: οὐ γὰρ σός εἰμι δοῦλος, οὐδ' αὖ μέτοικος, προστάτην νέμων Κρέοντα.

V. 413. δεδορκὼς οὐ βλέπεις certa est Reiskii emendatio, qui apposite laudat. Ai. 85, recepta iam a Brunckio. Seriores editores ad pristinas sordes redire maluerunt, donec recentissima aetate critici agnovere huius coniecturae praestantiam. Ipse eam commendavi Ex. Crit. p. 115 et nuperrime Meinekius An. Soph. p. 226, laudans Soph. fr. ap. Stob. Flor. IV 1, Aesch. Ag. 1623, Prom. 447, Demosth. p. 796. 26. Eadem opera corrigendum arbitror locum Eur. Bacch. v 359 μέμηνας ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν. Necssarium videtur ἐξεστώς. Ad nostri loci formam cf. Bacch. 506 οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὃ δρᾷς, οὐδ' (male vulgatur οὔθ') ὅστις εἶ.

V. 418. ἀρά. Significari Ἐρινῦν recte monent interpretes. Ipsae Furiae ap. Aesch. Eumen. 416 dicunt: ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα. Inversa ratione subinde pro ἀραὶ ponuntur Ἐρινύες v. c. Aesch. Sept. 701, O. C. 1298; utrumque vocabulum iungitur Sept. 70 Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρός. Laii et Oedipi Furiis Aegidas templum condidisse Spartae, auctor est Herodotus IV 149. Obscurus est Her. V 43.

V. 420. λιμήν. Schol. τὸν λιμένα τίθησιν ἀντὶ τοῦ τόπου· τροπικῶς ἀντί τοῦ ποῖ οὐκ ἐλεύσῃ βοῶν; *Ex Antig.* 977 *et Ai.* 641 *apparet* λιμήν *esse receptaculum.* Hartung. et Wunder. *Welche felsiche Bucht am Meere, welcher Berg im Lande wird nicht bald in deinem Jammerruf einstimmen.* Nauck. Vide, quid valeat ars interpretandi: vocabulum, quod *portum* significat, fit subito aut *locus*

quicunque aut *sinus saxis inclusus!* Etsi cum Nauckio admiror artem Sophocleam, qua vocabulo λιμήν utitur, ut quasi sponte prodeat imago illa petita e navigatione v. 422, sq., non tamen possum quin artificii plenissimam vocem habeam suspectam. Augetur ea suspicio, comparatis locis similibus, quales ad h. l. congesserunt interpretes. Ad horum enim exemplum exspectaveris pro λιμήν aliud nomen proprium, quo idem rerum genus, quod per Κιθαιρών, significetur. Possis v. c. suspicari βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἐσθαλικὼν | ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος τάχα; ut Tiresias vocaverit primum Boeotiae montem τὸν τυχόντα (Heliconem), deinde eum montem, in quo infans expositus fuerat Oedipus. Cf. infra v. 1105 sq. Ἐσθαλικών eadem crasi scriberetur, quo Arist. Pac. 253 dixit χρησθατέρῳ, qua crasi non intellecta, eo facilius genuinae lectioni substitui poterat ἔσται λιμήν, quo magis in vicinia sermo fit de rebus cognatis: ἄνορμον εἰσέπλευσας κτέ. Ceterum compares infra v. 1226: οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν κτέ.

V. 425. Bergkius coniecit: ἅ γ' ἐξαϊστώσει σε σὺν τοῖς σοῖς τέκνοις, minus, me iudice, probabiliter quam Nauckius: ἅ σ' ἐξισώσει σῷ τοκεῖ καὶ σοῖς τέκνοις [1]). Interpolatorem tamen non Sophoclem emendasse videtur; non enim ἄλλα κακά, sed id ipsum, quod supra memoraverat, malum, coniugium matris, Oedipum suorum liberorum fratrem erat redditurum. Eam autem rem, quam apertius tangendi nunc locus non erat, sapienter poeta reservat ad v. 457 sqq. Prorsus vero ineptum est, quod Hartungio edere placuit: σοῖς τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

V. 426. τοὐμὸν στόμα i. e. τοὺς ἐμοὺς λόγους pro ἐμὲ τὸν λέγοντα. Est hic vocabuli usus Sophocli proprius. Cf. infra 671, Ai. 1110, O. C. 794, 981, 1276, Ant. 997, Trach. 1176, El. 633.

V. 427. προπηλακίζειν, prosae scriptoribus valde usitatum, in tragoedia hoc unico loco legitur.

V. 428. ἐκτριβήσεται. Cf. Eur. Hipp. 682 Ζεύς σε — πρόρριζον ἐκτρίψειεν. Herod. VI. 86 ἐκτέτριπται τε πρόρριζος ἐκ Σπάρτης.

---

1) Idem corruptelae genus perdidit locum Arist. Nub. v. 1119 εἶτα τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν, ubi inversa ratione corrigendum: τὸν καρπὸν (fruges) τε καὶ τὰς ἀμπέλους, in quam coniecturam iam Coraësium video incidisse.

V. 403. παθὼν ἔγνως ἄν. Locis, quos interpretes ad proverbialem hanc locutionem illustrandam attulerunt addatur Aesch. Ag. 1609: γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ | τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον. Cf. 1649.

V. 410. σὺ γάρ τι. De hac formula vide Valckenaerium ad Hipp. 792. Ib. σοὶ ζῶ δοῦλος. Eur. Iph. A. 33 σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν. Nempe servis non erat παρρησία. Phoen. 392 δούλου τόδ' εἶπας μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ. Ion. 673 καθαρὰν γὰρ ἤν τις ἐς πόλιν πέσῃ ξένος | κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα | δοῦλον πέπαται κοὐκ ἔχει παρρησίαν. Ceterum infitias non ibo, si in codice legeretur, praeplaciturum mihi fuisse huiuscemodi scripturam: οὐδ' αὖ Κρέοντος κτέ. Ita diceret: σὺ γὰρ σός εἰμι δοῦλος, οὐδ' αὖ μέτοικος, προστάτην νέμων Κρέοντα.

V. 413. δεδορκὼς σὺ βλέπεις certa est Reiskii emendatio, qui apposite laudat. Ai. 85, recepta iam a Brunckio. Seriores editores ad pristinas sordes redire maluerunt, donec recentissima aetate critici agnovere huius coniecturae praestantiam. Ipse eam commendavi Ex. Crit. p. 115 et nuperrime Meinekius An. Soph. p. 226, laudans Soph. fr. ap. Stob. Flor. IV 1, Aesch. Ag. 1623, Prom. 447, Demosth. p. 796. 26. Eadem opera corrigendum arbitror locum Eur. Bacch. v 359 μέμηνας ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν. Necessarium videtur ἐξεστώς. Ad nostri loci formam cf. Bacch. 506 οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὃ δρᾷς, οὐδ' (male vulgatur οὐδ') ὅστις εἶ.

V. 418. ἀρά. Significari Ἐρινῦν recte monent interpretes. Ipsae Furiae ap. Aesch. Eumen. 416 dicunt: ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα. Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα. [illegible] ratione subinde pro ἀραὶ ponuntur Ἐρινύες v. c. Aesch. Sept. 701, O. C. 1298; utrumque vocabulum iungitur Sept. ... Ἐρινὺς πατρός. Laii et Oedipi Furiis Aegidas templ[um] ... disse Spartae, auctor est Herodotus IV 149. [illegible] V 48.

V. 420. λιμὴν. Schol. [illegible] ἀντὶ τοῦ ποῖ οὐκ [illegible] λιμὴν esse [illegible] Buchl am M[illegible] Jammerruf [illegible] tandi: voca[illegible]

quicunque aut mens mater [illegible]! Etsi cum Nauckio admiror artem Sophocleam, qua vocabulo [illegible] utitur, ut quasi sponte prodeat imago illa petita e navigatione v. 422 sq., non tamen possum quin artificii plenissimam vocem habeam suspectam. Augetur ea suspicio, comparatis locis similibus, quales ad h. l. congesserunt interpretes. Ad horum enim exemplum exspectaveris pro λιμὴν aliud nomen proprium, quo idem rerum genus, quod per Κιθαιρών, significetur. Possis v. c. suspicari βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ [illegible] ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος τάχα; ut Tiresias vocaverit primum Boeotiae montem τὸν τυχόντα (Heliconem), deinde eum montem, in quo infans expositus fuerat Oedipus. Cf. infra v. 1451 sq. Ἑλικὼν eadem crasi scriberetur, quo Arist. Pac. 253 dixit [illegible], qua crasi non intellecta, eo facilius genuinae lectioni substitui poterat ἔσται λιμὴν, qui magis in vicinia sermo fit de rebus cognatis: [illegible]. Ceterum compares infra v. 1227: οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν κτλ.

V. 425. Bergkius coniecit: ἅ γ' ἐξισώσει σέ τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις, minus, me iudice, probabiliter quam Nauckius: ἅ σ' ἐξισώσει τῷ πατρὶ καὶ τοῖς τέκνοις [1]. Interpolatorem tamen non Sophoclem emendasse videtur; non enim ἄλλα κακά, sed id ipsum, quod supra memoraverat, malum, coniugium matris, Oedipum suorum liberorum fratrem erat redditurum. Eam autem rem, quam apertius tangendi nunc locus non erat, sapienter poeta reservat ad v. 457 sqq. Prorsus vero ineptum est, quod Hartungio edere placuit: σοῖς τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

V. 426. τοὐμὸν στόμα i. e. τοὺς ἐμοὺς λόγους pro ἐμὲ τὸν λέγοντα. Est hic vocabuli usus Sophocli proprius. Cf. infra 671, Ai. 1110, O. C. 794, 981, 1276, Ant. 997, Trach. 1173, El. 333.

V. 427. [illegible] ... ζειν, genere scriptoribus valde usitatum, [illegible] ... loco legitur.

V. [illegible] ... Cf. Eur. Hipp. [illegible] — [illegible]

[illegible] Cf. [illegible] ... τε [illegible] ἐκ [illegible]

[illegible] ... Arist. Nub. v. 1123 [illegible] ... aversa ratione corrigendum [illegible] ... quam coniecturam iam Cornelius [illegible]

Google

Proprie igitur dicitur de arbore, radicitus excisa. Her. VI 37 σφέας πίτυος τρόπῳ ἀπείλεε ἐκτρίψειν.

V. 430. οὐκ εἰς ὄλεθρον. Similiter ἐς Φθόρον Aeschylus Ag. 1240, Sept. 234. Formula εἰς κόρακας, comicis usitatissima, aliena est a tragoediae gravitate.

V. 434. σχολῇ, ut μόλις, per litoten pro οὐδαμῶς dictum.

V. 435. ὡς μὲν σοὶ δοκεῖ. Transponere σοὶ μὲν suadet Graecitas, iubet metrum. Vide Elmsleium in Schol. Praefat. p. XI.

V. 436. γονεῦσι δ' οἵ σ' ἔφυσαν i. e. τοῖς φύσει (ἔργῳ) γονεῦσι, qui opponuntur τοῖς ποιήσει (λόγῳ), Polybo et Meropae.

V. 438. ἥδ' ἡμέρα. Oedipus Euripideus Phoen. 1689 ὄλωλ'· ἓν δ' ἦμαρ μ' ὤλβισ' ἓν δ' ἀπώλεσεν, qui versus cum hoc certat elegantia. — Unius diei spatio drama finitur.

V. 440. εὑρίσκειν. Cf. Phoen. 1730: παρθένου κόρας αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών.

V. 441. Eur. Iph. A. 305. καλόν γε μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας Cf. Bacch. 652.

V. 442. Τέχνη, quod ironiae Tiresiae aptius videtur quam subrusticum illud τύχη, accipere a Bentleio non dubitavi, quia constans est utriusque vocabuli in libris MSS. confusio.

V. 444. παῖ κόμιζέ με. Cf. Antig. 988 et Eur. Phoen. 834, ubi appellatur θυγάτηρ; cui Μαντὼ nomen fuisse cum aliis auctor est Apollodorus III 7, 4.

V. 445. Pro σύγ' Heimsoethius K. S. p. 186 suspicatur τ' ἐμ'. Sed ne ἐμποδὼν quidem offensione caret, qua re intellecta, Meinekius An. Soph. p. 227 infelicissime coniecit ἐμπέδως. Quid ipse suspicer declaravi in var. lect., nec muto sententiam, nisi quod melius, omisso pronomine με, scribetur: κομιζέτω δῆτ' ἐκποδών· σὺ γὰρ (vel ἐπεὶ) παρὼν | ὀχλεῖς κτέ.

V. 446. ἀλγύνοις πέρα i. e. *ultra*. Vide Meinekium An. Soph. p. 227. Contra apud Euripidem Med. 622 rectissime legitur: τοιγὰρ ἀλγυνεῖ πλέον, i. e. μᾶλλον.

V. 448. οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου μ' ὀλεῖς, i. e. *non enim usquam me perdes*. Cf. Ai. 1068, 1101. At sententia postulat: *non enim perdere me poteris*, s. *fieri enim nequit, ut me perdas*, quocirca reposui, quod hoc sensu Graecum est. Cf. Phil. 522, O. C. 1372, Ant. 329.

V. 452. ἐγγενής. Bekk. Anecd. ἀστός. Hoc vocabulum red-

dendum Euripidi H. F. v. 256, ubi chorus ira excandescens haec de Lyco tyranno: ὅστις οὐ Καδμεῖος ὢν ἄρχει κάκιστος τῶν νέων ἔπηλυς ὤν. Verum videtur ἐγγενῶν.

V. 454. συμφορᾷ h. l. in bonam partem, ut El. 1230. Vulgo ponitur in malam.

V. 455. ξένην ἔπι i. e. *per* terram peregrinam. Cf. Eur. Hipp. 898 et 1049 ξένην ἐπ' αἶαν. Aliud est ἐπὶ ξένης = ἐν ξένῃ Cf. O. C. 536, 1256, 1705. Trach. 299, Phil. 135, Eur. Tro. 378, Hel. 74.

V. 458. Ovidius de Myrrha Metamorph. X 348: *tune soror gnati, genetrixque vocabere fratris?*

V. 460. ὁμοσπόρος. Eundem Euripides vocat σύλλεκτρον in H. F. initio: τίς τὸν Διὸς σύλλεκτρον οὐκ οἶδεν βροτῶν; Cf. ὁμόσπορον supra v. 260.

V. 461. λάβῃς. Frustra μ' additum est in apographis, quod neque in codice est nec legit Aristides vol. II p. 367. 10 Dindorf.

V. 462. εἶπε legit scholiasta, ut apparet ex eius interpretatione: τίς ἐστιν οὗτος, ὅντινα ἐμφανίζει τὸ μαντεῖον. Manus tamen primae lectio εἶδε potius ad οἶδε ducere videtur. Ib. θεσπιέπεια vox formata, ut videtur, ab ipso poeta, neque alibi obviam. Eur. Med. 668 ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν — πέτρα. Cf. Eur. Ion. 550 Πυθίαν πέτραν, H. F. 790, Andr. 999, Bacch. 306.

V. 466. ἀελλάδων. Cf. Phaedrae fragm. ap. Etym. M. p. 19, 53: καὶ ἀελλάδες φωναὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ. Ἀελλαία πελειὰς dixit noster O. C. 1083.

V. 467. σθεναρώτερον h. l. pro θᾶσσον.

V. 468. πόδα νωμᾶν (= πόδα κινεῖν, Eur. Bacch. 764) dictum ad exemplum Homerici γούνατ' ἐνώμα. Hinc corrigatur Philoct. 763 πόδ' ἐνώμα pro προσενώμα, quod iam Wakefieldium coniecisse disco ex annotatione Dindorfii ad eum locum, qui frustra tuetur vulgatam.

V. 470. πυρὶ καὶ στεροπαῖς i. e. κεραυνίῳ πυρί s. φλογί, ut saepe alibi loquuntur tragici.

V. 471. γενέτας h. l. = υἱός, ut Eur. Ion. 916; alibi = γενέτωρ, ut Or. 1010, Tro. 1288. Θεοὶ γενέται tragicis iidem sunt qui γενέθλιοι s. ἀρχηγέται. Cf. Ion. 1130, Eumen. 73.

V. 473. ἔλαμψε — φάμα. „Apta metaphora de oraculo dic-

tum, lucem, ut sperari potest, urbi allaturo." Dind. Nescio an potius ἔλαμψε significet *clare audita est*. Cf. 186 παιὰν δὲ λάμπει. Genetivus autem τοῦ νιφόεντος locativus potius quam possessivus esse videtur; ut supra v. 152 τᾶς πολυχρύσου πυθῶνος — ἔβας.

V. 476. Φοιτᾶν h. l., ut saepius, significat ἀλᾶσθαι s. πλανᾶσθαι Cf. infra v. 1255. Ea vis perpetuo inest vocabulis Φοῖτος, Φοιτὰς et Φοιταλέος.

V. 478. Malui cum Bergkio retinere lectionem codicis quamvis non integram, quam cum aliis recipere falsam Dorvillii coniecturam πέτρας ἅτε ταῦρος. Et πετραῖος habet nihil, quo merito offendamur, sed procul dubio corruptum est ταῦρος; nec tamen aptum esse puto, quod nuper Meinekius proposuit (An. Soph. p. 228) ὁ γαῦρος *insolens ille et superbus*. Nam Laii interfector in hoc cantico potius depingitur, ut homo *terrore amens ac de salute sua desperans*. Hoc certe nomine praestat Bergkii coniectura ὁ καυρός, cl. Photii glossa: καυρός· ὁ κακός, οὕτω Σοφοκλῆς, ubi novissimus editor, Naberus, correxit καῦρος. Idem docet in annotatione sua ad Photii l. Nauckium eandem vocem reddidisse Trachiniis v. 955. At quomodo ibi locum potuerit invenire, haud intellego. Errasse videtur in versuum numero indicando Naberus.

V. 480. μεσόμφαλα γᾶς. Cf. v. 898. Primus sic Delphos appellasse videtur Pindarus Pyth. IV. 74 aliisque locis. Saepissime ita tragici: cf. Aesch. Eum. 39, 151, Sept. 728, Ag. 1027, Eur. Or. 331, 950, Jon. 5, 223, 462, Phoen. 224, Med. 668.

V. 483. Recepta Nauckii emendatione με νοῦν pro μὲν οὖν, sponte intellegitur bene habere illud ἀποφάσκονθ', quod in ἀπαρέσκονθ' mutandum coniecerat Blaydesius. Δοκοῦντ' et ἀποφάσκοντα sunt Accusativi Sing. Num. iungendi cum pron. με. Memoranda est ingeniosa (licet falsa videatur) Mehleri suspicio τεράζει pro ταράσσει coniicientis.

V. 484. οἰωνοθέτας est ἅπαξ εἰρημένον, qualia multa poetae fingunt. Synonyma sunt apud tragicos οἰωνοπόλος, οἰωνῶν βοτήρ, οἰωνόμαντις, οἰωνοσκόπος, alia.

V. 485. οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκοντα i. e. οὔτε πιστεύοντα οὔτ' ἀπιστοῦντα. Herod. IV. 96 οὔτε ἀπιστέω οὔτ' ὦν πιστεύω τι λίην.

V. 492. (χρησάμενος) δὴ βασάνῳ supplet Brunckius, sed ex

hiatu βασάνῳ ἐπὶ apparet recte Nauckium lacunam statuisse post βασάνῳ. Dindorfius sequitur Hermannum in antistrophe absque idonea causa delentem vocabula γὰρ ἐπ' αὐτῷ.

V. 495. ἐπίδαμον φάτιν. Spectant laudem, qua apud Thebanos florebat Oedipus. Cf. supra 31 sqq. et Aesch. Sept. 753 sqq.

V. 505. μεμφομένων ἂν καταφαίην i. e. τοῖς μεμφομένοις ἂν συμφαίην. Μεμφομένων est genetivus absolutus; κατάφημι (*aio*) opponi solet τῷ ἀπόφημι (*nego*).

V. 506. Hartungius edidit: φανερὰ γὰρ ὑπ' αὐτῷ πτερόεσσ' εἶκε. Pessime! Non *cessit*, opinor, Sphinx Oedipo, sed victa ab eo occubuit. Nihilominus vereor ne vulgata lectio depravata sit. Quod Nauckius suspicatur ἐπ' ἀστοῖς, ne ipsi quidem placebit. Sententia postulat: *nam manifesto ab eo Sphinx superata est.* Ipsa poetae verba non exputo.

V. 508. πτερόεσσα κόρα. Componenti poetarum testimonia, Sphinx erat κυὼν μιξοπάρθενος πτεροῦσσα, σοφή, sed ὠμὴ eadem et ὠμόσιτος. Triclinius ad v. 1199. ἡ Σφίγξ εἶχε πρόσωπον καὶ κεφαλὴν κόρης, φωνὴν ἀνθρώπου, ὄνυχας λέοντος. Cf. supra v. 36, 130, 391, 1199, Eur. Phoen. 48, 1019 sqq., 1042, Aesch. Sept. 523 et fragm. ap. Arist. Ran. 1287. Sphingis aenigma a Pindaro Pyth. IV. 467 vocatur Οἰδιπόδα σοφία, eoque respicitur in brevi fragm. ap. Prisc. de metr. com. p 419 ed. Gaesf. αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων.

V. 510. βασάνῳ = τῇ πείρᾳ, i. e. *experimento, quod dedit sapientiae.* — τῷ ἀπ'. „Hiatus in arsi Ionica non minus recte habet quam in arsi Dactilica." Dind. Quod dixi verum esse posse τῷ ῥ' ἀπ', cf. Aiac. 173, 176, 954.

V. 515. ἀτλητῶν i. e. δυσφορῶν. Alibi non reperitur.

V. 516. Heimsoethius K. S. p. 178 νομίζει glossema esse ratus, rescribendum iudicat: παῖς. νῦν δοκεῖ τι πρός γ' ἐμοῦ πεπονθέναι. Inversa ratione νομίζω glossemati cessisse suspicor ap. Eurip. Hel. 448: πικρῶς ἂν οἶμαι γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους, ubi soloece iungitur ἂν cum Futuro. Fortasse: πικρῶς (an πικροὺς?) νομίζω γ' ἀγγελεῖν; nisi mavis ἐγῷμαι.

V. 525. τοὔπος δ' ἐφάνθη olim coniectura eram assecutus, cl. v. 848 ἀλλ' ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο. Nuperrime in eandem incidit Heimsoethius K. S. p. 54, sed uterque nostrum ignorabat id ipsum totidem literis scriptum exstare in cod. Laur.

B, teste Elmsleio, qui nescio quomodo egregiae scripturae pretium haud animadvertens ita scribit in Schol. Praef. p. XII. „Laur. A τοῦ πρόσδ' ἐφάνθη. Corruptus B τοῦπος δ' ἐφάνθη." Prorsus eadem ratione librarii vocabulum sibi non intellectum ἐπαχθῆ corruperunt in ἐπράχθη. Aesch. Prom. 49, ubi veram lectionem repperit Stanleius. Neque fortasse aliam corruptelam passa sunt verba Pindari Olymp. II v. 111: οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ de vita beatorum, si poetam ἔγχεος ἀκμᾷ scripsisse credere licet Bergkio. Contrario errore ap. Aesch. Suppl. 514 codex ἀνάκτων habet pro ἀνάρκτων, quod restituit Hermannus.

Vulgata autem scriptura τοῦ πρὸς minime defenditur exemplis πρὸς casui quem regit postpositi, quae affert ad h. l. Dindorfius. Qua re intellecta, fuerunt qui πρὸς τοῦ corrigerent. At vel sic nimis inepte Creonti quaerenti *a quo dictum sit*, vatem se instigante mentiri, chorus respondet *dictum id esse.* E responso vero apparet Creontem rogasse *an dictum esset*, neque igitur de illius emendationis veritate punctum temporis dubitari potest.

V. 528. ἀπὸ τῶν ἔξωθεν συμβάλλειν βουλόμενος ὁ Κρέων περὶ τοῦ βλέμματος καὶ τοῦ σχήματος — πυνθάνεται. Schol. Recte Jacobsio ὀρθὴ φρὴν opposita videbatur τῇ παραφόρᾳ. Similiter ὀρθὰ ὄμματα h. l. opponi puto τοῖς διαστρόφοις, quales sunt *furentium* v. c. Eur. Bacch. 1122 de Agave: ἡ δ' ἀφρὸν ἐξιεῖσα καὶ διαστρόφους κόρας ἑλίσσουσα κτέ. Cf. Aiac. 447, Trach. 796. Alio sensu nostrum infra v. 1385 et Euripidem Hec. 972 ὀρθαῖς κόραις et Iph. A. 851 ὀρθοῖς ὄμμασι dixisse, inspicientibus hos locos apparebat. Quaerit igitur Creon, an Oedipus *sana mente et sibi conscius* illa dixisset. Minus recte Nauckius vocabulis ἐξ ὀμμάτων ὀρθῶν *frontis impudentiam* significari credidit. Idem vir doctus citra necessitatem interpolatum a correctore scripturam secutus edidit ὀρθῶν δὲ κἀξ ὀρθῆς.

V. 531. περᾷ. Oed. C. 155 (περᾷς γὰρ περᾷς) corrigendum videtur: πέραν γὰρ περᾷς, cl. v. 885 ἐπεὶ πέραν περῶσ' οἵδε δή.

V. 533. τόλμης πρόσωπον. Similiter Babrius fab. XCV 57 de vulpe decipiente cervam: ἡ δ' ἀναιδείης | ὀφρὺν ἔχουσα καὶ μέτωπον εἱστήκει.

V. 541. Similiter in simili re Euripides Andr. 191 πλούτου

τε μεγέθει καὶ φίλοις ἐπηρμένη | οἶκον κατασχεῖν ἀντὶ σοῦ θέλω. Causa, cur πλούτου h. l. corruptum sit in πλήθους, procul dubio fuit vocabuli πλήθει in eadem senarii sede vicinia. Luculenta hac Heimsoethii emendatione, proposita K. S. p. 38, chiastice vocabulis πλούτου καὶ φίλων respondent verba πλήθει χρήμασίν θ'.

V. 543. οἶσθ' ὡς ποίησον. Cf. Eur. Iph. A. 725, Hel. 322, 1249, Ion. 1092, Hec. 225, Cycl. 131. Duobus ultimis locis male olim edebatur οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις. Non diversum est, quod noster dixit O. C. 75: οἶσθ' — ὡς νῦν μὴ σφαλῇς.

V. 545. λέγειν σὺ δεινός. Ad eundem idem O. C. 806: γλώσσῃ σὺ δεινός, ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ | δίκαιον ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει. Facundia saepe apud tragicos vertitur in opprobium, tanquam versuti atque improbi ingenii indicium. — Notissima haec constructio verbi δεινός obscurata videtur ap. Eur. Supl. 242 sqq. qui vss. sic corrigantur: οἱ δ' οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου | δεινοί, νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος, | εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιέναι (pro ἀφιᾶσιν) κακά, | γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι.

V. 547 sqq. τοῦτ' αὐτὸ — εἴ τοι νομίζεις — οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς. Notanda verborum, quibus adversarius usus est, ab altero repetitio, quae rixantibus propria pulchre infensum ac percitum Oedipi animum ostendunt. Cf. 1066 sq., Medeae vs. 1370—1373, Sept. 1042 sqq. Similiter Plaut. Merc. 141. Char. *Hominem ego iracundiorem quam te novi neminem.* Ac. *At ego maledicentiorem quam te novi neminem.* Id. Pers. v. 365—368.

V. 549. κτῆμα h. l. = κτῆμα τίμιον. Similiter εὕρημα in bonam partem accipi solet. Cf. Eur. El. 606. Neque aliter πρᾶγμα pro πρᾶγμα ἀξιόλογον ponitur in formula Ionica πρῆγμα ποιεῖσθαι τι. Cf. Herod. VI 63, VII 150. — Ad sententiam apte comparaveris Aesch. Prom. 1012: αὐθαδία γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς | αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖζον σθένει, ubi ut h. l. carpitur αὐθαδία ἄφρων s. ἄνους.

V. 556. σεμνόμαντιν] εὐηθῆ γὰρ θέλει λέγειν τὸν Τειρέσιαν. Schol. Non *stultum*, opinor, eum apellat sed *improbum*. Optime vertas *venerabilem vatem*, quod acerba ironia dictum est. Formatum ut ψευδόμαντις, ὀρθόμαντις, ἀληθόμαντις, ἀριστόμαντις; cum substantivis composuere tragici haec: στρατόμαντις, θυμόμαντις, ὀνειρόμαντις, ἰατρόμαντις.

Ib. πέμψασθαι. Forma media poeta usus esse videtur, ut indicaret Oedipus vatem arcessitum esse, ut se conveniret. Cf. adn. ad v. 131.

V. 557. ἔθ' αὐτός εἰμι. Frequens formula de iis, qui *sibi constant*. Cf. Phil. 521, Eur. Phoen. 920, Iph. T. 729, Thucyd. III 38.

V. 560. ἄφαντος ἔρρει. Cf. Il. Z 60, Od. α 242; infra v. 832, Eur. Or. 1496, 1557, Hel. 612, Aesch. Ag. 610, 643.

V. 562. οὐχ in hac Creontis quaestione necessarium esse pro οὖν bene intellexit Bergkius. Scribae oculos ad v. 564 οὐκ οὖν aberrasse videntur. Τέχνην autem eximie a poetis vocari μαντικήν notum est. Similiter Latine *scientia* saepius dicitur *ars magica*. Notum est Horatianum illud *Iam iam efficaci do manus scientiae* et *Ah! ah! solutus ambulat veneficae scientioris carmine*.

V. 566 sq. valde mihi suspecti sunt ob triplicem causam. Nam primo manifesto pugnant cum v. 126 sqq., secundo haec Oedipi quaestio h. l. nihil ad rem, quod iam supra l. l. de eadem re ex eodem quaesierat. Tertio ambo versus male facti summoque poeta prorsus indigni sunt; nam in priore vs. pro θανόντος, quae res non fugit Meinekium, logica ratio postulat κτανόντος, in posteriore κοὐκ ἠκούσαμεν (pro quibus ingeniose sed iusto violentius Nauckius coniecit κοὐδὲν ᾔνομεν) balbutientis oratio est. Τότε v. 568 referendum ad τῷ τότ' ἐν χρόνῳ v. 564.

V. 569. Cf. infra v. 1520. Similiter Aeschylus in Sept. v. 619 de oraculis Apollinis: φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια. Eurip. fr. inc. 36: ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖσσον ἢ σιγὴν ἔχε et Antiopae fr. 40: κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ κτέ.

V. 570. τὸ σὸν h. l. non magis ferri potest quam Trach. 53 (cf. 569 et 1221), ubi idem est in codice vitium, scite correctum ab Hermanno.

V. 571. Bergkius coniecit: εἰ γὰρ οἶδ', ἐγὼ οὐκ ἀρνήσομαι, haud scio an recte; nam particula γε offensione non caret.

V. 572. ὁθούνεκα i. e. ὅτι, ut saepe apud tragicos. Cf. 707, 1271, O. C. 944, 1006, El. 47, 1308.

V. 576. Aliquanto acrius diceretur, quod fortasse recte suspicatus est Hartungius: οὐ γὰρ μὴ — ἁλώσομαι. Cf. Electr. 1052: οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε, O. C. 849.

V. 577. γῆμας ἔχεις nota periphrasi pro γεγάμηκας.

V. 578. Cf. Aesch. Eum. 588 τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει.

V. 579. Frustra Dindorfius codicis lectionem sic studuit interpretari, ut ἐκείνῃ ταὐτὰ significet *pari cum ea dignitate*, quod disertius significetur addito ἴσον νέμων. Aliquid in illa monstri ali assentior Heimsoethio, qui K. S. p. 81 et 231 nimis violenter tentat τοῦ κράτους ἴσον νέμων. Nec verisimile puto Oedipum dimidiam regni partem tribuisse uxori. Non enim erant in Graecia, ut apud Scythas (Her. IV. 26): ἰσοκρατέες αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι. Ne multa: mutatione propemodum nulla rescribendum erat: ταῦθ' ἅ γ' ἔστ' ἴσον, i. e. *an regnas illi, quae quidem aequum est, tribuens?* Cui Oedipus: *quae cumque velit a me impetrat.* Quod ad particulum γε attinet, cf. v. c. Eur. Ion. 942 ἄρ' ἦν ταῦθ' ἅ γ' ᾐσθόμην ἐγώ;

V. 580. θελούσῃ pro θέλουσα perite Sophocli reddidit Hartungius. Cf. v. 1356. Notae sunt formulae: ἔστι μοί τι θέλοντι, βουλομένῳ, ἀσμένῳ, προσδεχομένῳ, ἡδομένῳ.

V. 584. Sensus: *non sane id dices, si ipse tibi rationes reddere velis, ut ego tibi reddo.* Herod. II 162 extr: οὐδένα λόγον ἑωυτῷ δόντα, ἀλλὰ περιθύμως ἔχοντα. Id. I 34 ὁ δ' ἐπείτε ἐξηγέρθη καὶ ἑωυτῷ λόγον ἔδωκε, καταρρωδήσας τὸν ὄνειρον κτέ. Ib. 209: ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τῆς ὄψιος. Cf. III, 25 init. Idem haud raro dicitur, ἑαυτῷ διὰ λόγων ἀφικέσθαι. Aliquanto tamen expeditiora haec forent rescripto ὡς ἔχω, i. e. *quae sit mea conditio*, ut voluit Heimsoethius K. S. p. 80, cl. Trach. v. 1234. Crebra autem est utriusque vocabuli in MSS. confusio.

V. 586. sqq. Cum Creontis de tyrannide sententia compares Ionis orationem in cognomine tragoedia v. 621 sqq.: τυραννίδος δὲ τῆς μάτην ὑμνουμένης | τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τἀν δόμοισι δὲ | λυπηρά· τίς γὰρ μακάριος, τίς δ' εὐτυχής, | ὅστις δεδοικὼς καὶ περιβλέπων βίαν | αἰῶνα τείνει; δημότης ἂν εὐτυχὴς | ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον ἢ τύραννος ὤν. — Nauckius coniecturam suam ἄτρεστα ναίοντ' commendat cl. Eur. Ion. 1198. Praeterea vide Meinek. An. Soph. p. 230.

V. 587. ἱμείρων ἔφυν. Cf. supra v. 9, πρέπων ἔφυς et Phil. 1052 χρῄζων ἔφυν. In his exemplis, ubi iungitur cum participio, ἔφυν ponitur pro εἰμί. Contra, ubi nativa verbi notio servatur, constanter adsciscit Infinitivum, v. c. Phil. 88: ἔφυν γὰρ οὐδὲν σὺν τέχνῃ πράσσειν κακῇ, h. e. φύσει γάρ εἰμι τοιοῦτος, οἷος κτέ.

E plurimis locis cf. Antig. 523 et Eur. Iph. A. 470. Prior autem constructio obtinet, ubi a participio pendet Infinitivus.

V. 588 suspectum habet Nauckius. Mihi versus videtur egregius et, si quis alius, vere Sophocleus. — „τύραννα primitivum pro possessivo (τυραννικὰ)" Brunck. Cf. Antig. 1169, Eur. Andr. 3, 303, Hel. 523. Hipp. 143, Tro. 474, Aesch. Prom. Similiter ἀδελφός, γέρων, νεκνίας, alia a poetis usurpantur.

N. 591. Egregie in Heimsoethiana emendatione. (K. S. p. 227) sibi invicem opponuntur ἄνευ φόβου et ὄκνων. Cum ignotioribus sibi vocabulis ὀκνεῖν, ὄκνος perpetuas exercent scribae inimicitias, modo ea corrumpentes modo interpretantes. Interpretationis manifestum exemplum exstat in Aiace v. 138 μέγαν ὄκνον ἔχω [καὶ πεφόβημαι], ubi languida ista καὶ πεφόβημαι a Sophocle addi non potuisse habeo persuasissimum. [1]) Corruptelae exemplum non minus evidens reperies in Oed. Col. v. 1636: ὁ δ' ὡς ἀνὴρ γενναῖος οὐκ οἴκτου μέτα | κατήνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ, ubi recte Meinekius in novissima huius fabulae recensione recepit luculentam Wexii emendationem οὐκ ὄκνου μέτα.

Aptissime iam Brunckius cum hoc loco (O. T. 586) comparavit verba Hippolyti ad patrem in cognomine fabula Euripidea v. 1013 sqq. [2])

V. 593. δυνάστεια alibi in tragoedia non reperitur. Etiam δυναστής perrarum est (Ant. 608 et Aesch. Ag. 6). Eadem abundantia, qua ἀρχῆς καὶ δυναστείας dictum est, in O. C. 373 scriptum: ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ.

V. 594. ἠπατημένος, i. e. *deceptus*, novo usu h. l. ponitur pro *stultus*. Non tamen praestiterim poetam non dedisse ἐπτοημένος i. e. *mente turbatus*. Cf. Eurip. Cycl. 185, Aesch. Prom. 855. In fine vs. verbum κυρῶ me admonet medicinae, qua adhibita, sanus erit locus vexatissimus Supplicum Eur. v. 51 sqq., ubi vetularum chorus de sorte sua queritur: ἃ φθιμένους παῖδας

1) In eodem carmine obiter corrigas v. 146 ἥπερ δορίληπτος ἔτ' ἦν κοινή pro λοιπή, cl. v. 54 ἄδαστα et 175 πάνδαμος.

2) In hoc dramate v. 988 non intellego verba ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδε Vertunt, quod sententia requirit, *habet autem et hoc suam congruentiam*. Id vero Graece dicitur ἔχει δὲ καιρὸν καὶ τόδε. Cf. Phoen. 474. Hoc igitur pro illo velim, substituas.

ἐμοὺς οὔτε δόμοις προθέμαν, οὔτε τάφων χώματα γαίας ἐσορῶ. Legendum: οὔτε τάφων χώματ' ἀγάλλασα κυρῶ. Haec, ut opinor, lectio ἑρμηνέων οὐ χατίζει.

V. 596. νῦν πᾶσι χαίρω, i. e. νῦν πᾶς χαίρειν με κελεύει, interprete Meinekio. Citra necessitatem Heimsoethius violentissime tentavit νῦν πᾶς φιλεῖ με K. S. p. 227.

V. 597. αἰκάλλουσι pro ἐκκαλοῦσι palmaria est L. Dindorfii emendatio, quam probant hodie tantum non omnes. Quo magis demiror Meinekium in An. Soph. p. 231 codicis scripturam recte defendi posse perhibentem. Longe enim diversum est, quod apud Euripidem Bacch. v. 170 (quem locum vir doctus obmovet) Tiresias, non homo de plebe, opinor, sed ipse princeps et regi familiarissimus, ut hic secum Bacchanalia foris celebret, ianitorem hisce verbis compellat: τίς ἐν πύλαισι Κάδμον ἐκκαλεῖ δόμων; κτέ.

Verbum autem αἰκάλλειν, ut Latinum *adulari*, proprie de canibus dici auctor est Phrynichus in app. soph. ap Bekk. Anecd. p. 21, 25 αἰκάλλοντες· σημαίνει τὸ σαίνοντες, ὅπερ οἱ κύνες ποιοῦσιν κτέ. In locis veterum, quos hodie habemus, semper figurate dicitur eodem fere sensu, quo κολακεύειν, θωπεύειν. Hinc Arist. Eq. 48 ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην | ᾔκαλλ' ἐθώπευ' ἐκολάκευ' ἐξηπάτα κτέ. Apud Aeschylum nusquam, apud Euripidem semel reperitur, Andr. 631 προδότιν αἰκάλλων κύνα. — Gravi autem suspicione premitur idem verbum apud Plutarchum in v. Cleomenis c. II Λεωνίδαν μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν λέγουσιν ἐπερωτηθέντα, ποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ποιητὴς γεγονέναι Τυρταῖος, εἰπεῖν· Ἀγαθὸς νέων ψυχὰς αἰκάλλειν. Blanditur, opinor, nulla non poesis, hoc quidem nomine digna, animis iuvenilibus. Sed Tyrtaei, qui *mares animos in Martia bella versibus exacuit*, proprium erat τὰς νέων ψυχὰς ἐκκαλεῖν, quod velim Plutarcho restituas.

V. 600. Sensus: *mens enim bene sapiens mala fieri nequit*. Possis: οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς καλῶς φρονῶν κακός, sed ita minus causae erat, cur librarii locum *construendo* corrumperent. Quare malui: οὐκ ἂν κακός κτέ. Aliquid minus recte habere sensit iam Hartungius, qui parum apte rescripsit: οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς καλὸς κακῶς φρονῶν. Cf. infra ad v. 976.

V. 601, sq. Gravissimum vulnus his vss. inflictum esse

negari nequit. Ingeniosa Heimsoethii coniectura (K. U. p. 79) nititur v. 535 ληστής τ' ἐναργὴς τῆς ἐμῆς τυραννίδος. Ad meam suspicionem compara Herod. III c. 53 τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν, πολλοὶ δ' αὐτῆς ἐρασταί εἰσι κτέ. Eurip. H. F. v. ἔχων τυραννίδ', ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα. Rhes. 166 οὐ σῆς ἐρῶμεν πολυόχλου τυραννίδος. Eur. fr. 846 ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται | δεινοῖς ἐρῶσιν. Ad locutionem στῆναι μετά τινος cf. v. c. Eur. Hel. 889.

V. 603. τῶνδ' ἔλεγχον est totius sententia appositio, cuius usus complura exempla collegit Matthiaeus Gr. Gr. 432 § 5, quibus adde locum Euripideum ex Helena v. 75 sqq., ubi Teucer, conspecta Helena, dicit: εἰ δὲ μὴ 'ν ξένῃ | γαίᾳ πόδ' εἶχον, τῷ δ' ἂν εὐστόχῳ πτερῷ | ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης.

V. 604. Observa quaesitam a poeta assonantiam Πυθῶδε — πυθοῦ. — Officium probi θεωροῦ pulchre describit Theognis v. 805 sqq.

V. 605. τοῦτ' ἄλλ' in ἄλλως τε, quod sententia cummaxime respuit, mutatum vult Heimsoethius K. S. p. 232. Viro acutissimo ὁ νοῦς παρὼν ἀπεδήμει. Melius certe Hartungius: τοῦτ' αὖθις, ἤν, κτέ., cl. Antig. 167. Sed τοῦτ' ἄλλ' frustra tentatur. „Idem „quod vulgo τοῦτ' αὖ. Sic Electra 601 ὁ δ' ἄλλος pro ὁ δ' αὖ." Dind. Comparavit autem h. l. Lobeckius cum Aiac. v. 56 sqq: κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε | δισσοὺς 'Ατρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων, | ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπίτνων στρατηλατῶν, ubi ὅτ' ἄλλοτε dictum sit pro ὅτε δέ.

Ib. τερασκόπῳ dicitur *cum contemptu*. Cf. Aesch. Ag. 1415, Eur. Bacch. 248. Forma pedestris vocabuli est τερατοσκόπος, cf. Plat. Legg. XI 933 C.

V. 608. χωρὶς interpretantur *seorsim*, i e. *mea non audita defensione*. Fidem haberem, si Creon in proxime praegressis de sua defensione esset locutus. Nunc non possum, quin vocabulum corruptum esse censeam. Μῶρος scriptum, ut solet a librariis, ὀξυτόνως facile in χωρίς abire potuit. Sensus: *noli me in causa obscura stultus accusare*. Adiectivo poeta eodem modo utitur mox v. 619 ταχὺν δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν. [1])

1) Quod initio huius vs. legitur γνώμῃ me admonet loci Eurip. Cycl. 349, qui scribatur in hunc modum: νῦν δ' ἐς ἀνδρὸς ἀνοσίου | ὠμὴν (pro γνώμην) κατέσχον ἀλίμενόν τε καρδίαν.

V. 614, sq. *χρόνος — μόνος.* Euripides in Antiopes fr. ap. Stob. Ecl. Phys. I p. 122 *τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Χρόνου, | δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἔστ' ἢ μὴ κακός.* Hinc Hippolytus falso accusatus a patre, hunc rogat v. 1051: *οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον | δέξει καθ' ἡμῶν;* Sunt enim veri, ut ait Pindarus Ol. 1 v. 52; *ἁμέραι ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.* Eidem Ol. X 65 *χρόνος* est *ὁ ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον.* Simonides: *οὐκ ἐστὶν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου, | ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.* Cf. Theogn. 936 sqq.

V. 618. Dindorfius, qui in ed. Oxon. de coniectura sua scripserat *μοὐπιβουλεύων*, bene revocavit scripturam codicis in Teubneriana. Prorsus similiter poeta dixit in Aiac. v. 1266 *ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς χάρις διαρρεῖ.*

V. 621. *ἡμαρτημένα.* Quid in hac lectione reprehendat Nauckius, ut *ἡμελημένα* a Sophocle scriptum fuisse coniiciat, haudquaquam intelligo.

Vs. 622 sqq. Multa a multis de hoc loco difficillimo disputata sunt. Primum mihi refutanda est opinio Frederici Haasii, qui probante Dindorfio in commentatione Vratislaviae a. 1865 edita hunc verum versuum ordinem esse contendit: *Oed. ἥκιστα· θνήσκειν οὐ φυγεῖν σε βούλομαι. Creon ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις; Oed. ὅταν προδείξῃς, οἷόν ἐστι το φθονεῖν. Creon οὐ γὰρ φρονοῦντα σ' εὖ βλέπω.* Refutanda mihi est, dixi, ea opinio; sed potius refutandi partes concedo ipsi Sophocli, qui, quod non negavit neque negabit, opinor, Haasius, v. 628 Oedipo in eundem sensum tribuit verba *ἀρκτέον* (melius *εἰκτέον*) *γ' ὅμως*, quibus Creon reponit *οὔτοι κακῶς γ' ἄρχοντος*, quae verba idoneo sensu carebunt, nisi, ut recte traditum est, Oedipo tribuantur verba *ὡς — λέγεις;* Versuum igitur ordo servandus videtur, sed nequaquam defendi potest vulgata scriptura vs. 623 *ἥκιστα· θνήσκειν οὐ φυγεῖν σε βούλομαι*, quippe quae opposita fronte pugnet cum vs. 639 sqq., ubi Creon Oedipi minas Iocastae narrans his verbis utitur:

ὅμαιμε δεινά μ' Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις
δρᾶσαι δικαιοῖ, θάτερον δυοῖν κακοῖν,
ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.

„Haec quo pacto," ait Meinekius in An. Soph. p. 231 „cum „iis conciliari possint, quae inde a vs. 640 leguntur, critici ne

„verbo quidem admonuerunt". Fugiebat virum egregium me de hac repugnantia admonuisse in Exerc. Criticis p. 115. Deinde post longiorem disputationem, quae legatur apud ipsum, locum sic restituendum esse arbitratur: Creon τί δῆτα χρῄζεις, ἢ στέγης ἔξω βαλεῖν; Oed. ἥκιστα· θνήσκειν ἢ φυγεῖν σε βούλομαι. Probavit ea nuper in Teubner. ed. praefatione magnus criticus Dindorffius, et primo obtutu, nisi quod certe στέγης μ' requiri bene intellexit, speciem habere videntur. Si tamen rem accuratius consideraveris, Meinekii inventum ferri non posse apparebit; nam quis credat, Creontem ex Oedipi verbis ταχὺν δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν efficere potuisse, hunc contentum fore, si aedibus ipsum eiecisset? Mihi certe eiusmodi suspicio subabsurda videtur; neque dubito, quin Creontis quaestio ab omni mendo libera sit. Restat igitur, ut depravata sit, quod iam olim suspicabar, Oedipi responsio. Nec tamen sufficit, quod olim tentabam; κάκιστα θνήσκειν ἢ φυγεῖν σε βούλομαι, quia sic, quemadmodum Meinekii coniectura, solvitur quidem dissonantia inter hunc vs. et 641, sed non satis intellegitur, quo vinculo haec cohaereant cum vs. sequenti ὅταν προδείξεις κτέ. (qua re intellecta, Nauckius inter utrumque vs. quaedam excidisse suspicatus est). et vel minus, quo pertineat illud οὐδὲ πιστεύσων vs. 625 et ἀρκτέον (εἰκτέον) vs. 628, ad quam obscuritatem non attendisse videntur critici. Suspicor igitur locum corrigendum esse ad hoc fere exemplum: Cr. τί δῆτα χρῄζεις; ἤ με γῆς ἔξω βαλεῖν; Oed. μὴ εἴκοντα θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι. Creonti roganti, an in exilium pellere se cupiat, Oedipus ira excandescens, *ni sibi cedat*, *graviorem exilio poenam*, *mortem*, *ferociter minitatur*. Cui ille v. 625 ὅταν προδείξῃς γ' οἷόν ἐστιν ὃ φθονεῖ, i. e. *cedam*, *sed non antequam ostenderis*, *qua in re tibi a me invideatur*. Sic demum intellegitur, cur Oedipus non obtemperanti leviro succlamet: ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;

Εἴκειν autem Graece is dicitur, qui coram superioribus modesta utitur oratione neque iis *responsat*. Optime hanc verbi vim declarant verba Danai Aeschylei ad filias (Suppl. 202) invocaturas Inachi auxilium: Μέμνησο δ' εἴκειν· χρεῖος εἶ ξένη φυγάς, | θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας.

Remedium, quo curavi v. 625, multo lenius est, quam

quod proposuit Heimsoethius K. S. p. 78, cl. v. 555, rescribi iubens: *ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐσθ' ὃ φῇς παθεῖν.*

Creon sua oratione v. 583 sqq. ostenderat se tranquilla sua sorte beatum minime invidere Oedipo, nec tamen, ut apparet e v. 618 sqq., potuerat regi persuadere. Haud male igitur, ut arbitror, Creon Oedipi minis, respiciens ad illam orationem, respondere poterat: *ὅταν προδείξῃς — φθονεῖ*, idque ipsum legisse videtur Scholiasta, qui explicat: *οἷός ἐστιν ὁ ἐμὸς πρὸς σὲ φθόνος.* Ne quis forte dubitet recte dici *φθονεῖσθαι*, inspiciat locum Eurip. Electr. v. 30 *παίδων δ' ἔδεισε μὴ φθονηθείη φόνῳ*, quem Graecismum vel poetae Latini sibi permiserunt, ut Horat. Ep. ad Pis. 56. Quod autem post *προδείξῃς* addidi *γε*, id in responso omnino est necessarium, ubi mente repetendum idem verbum, quo interlocutor fuerit usus. Cf. v. 629 et 680. [1]) Hic autem ex *εἴκοντα* cogitatione repetendum *εἴξω*. Ceterum lectorem relego ad Heimsoeth. p. 75, Meinekium p. 233, ad Nauckii adn. in Schneidewiniana ed. a. 1861 et Dindorfii Praefat. ed. Teubn. a 1863 p. XXIII sq.

V. 625. *πιστεύσων = πεισόμενος*, cf. O. C. v. 175 *ὦ ξεῖνοι μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ σοὶ πιστεύσας μεταναστάς*, ubi *πιστεύσας* ponitur pro *πιθόμενος*. Cur igitur, quaeso, Heimsoethio obtemperantes sano participio substituamus monstrum vocabuli *πιστήσων*? Minus sane inepta est Schmidtii coniectura *ὑποπτήσσων*. Sed *sani*, opinor, *medico non indigent.*

V. 628. *ἀρκτέον* sensu Passivo dictum Grammaticam difficultatem habere nullam ostendunt exempla, quae ad h. l. congessit Nauckius. Sed sensui multo aptius est *εἰκτέον*, quod a

1) Eadem de causa O. C. 415 legendum: *ὥς φασί γ' οἱ μολόντες ἐς Θήβης πέδον.* et Eur. Ion. 295 *ὅροις ὑγροῖσί γ', ὥς λέγουσ', ὡρισμένη.* Cf. 298. Eadem particula obliterata est ib. v. 368 *ἀλγύνεται δὲ χἠ παθοῦσα τῇ τύχῃ*, quem locum inspicienti apparebit necessarium esse *ἀλγύνεταί δέ γ'* (*id quod maius est*) *ἡ παθοῦσα κτέ.* Rursus eadem periit ibid. in corruptissimo vs. 967 *σὲ καὶ πατέρα σὸν δυστυχοῦντας εἰσορῶν*, sic forsitan restituendo: *οἶκον πατρῷον δυστυχοῦντά γ' εἰσορῶν.* Cf. 966. Similiter Or. v. 292 requiro: *εἰ μήτ' ἐκεῖνός γ' ἀναλαβεῖν ἔμελλε φῶς, ἐγώ θ' ὁ τλήμων τοιάδ' ἐκπλήσειν κακά.* Troad. 71 *κοὐδέν γ'* pro *οὐδὲ ἕν* recte habent libri deteriores. Aesch. Prom. 248 aut lege *θνητοὺς ἔπαυσα κτέ.*, aut *θνητούς γε παύσας κτέ.* Idem usus est Latini vocabuli *quidem*. Cf. Halm. ad. Cic. Milon. § 48.

se repertum edidit Hartungius. Cf. v. 625, Aiac. 668; El. 396 et 1220 sqq.

V. 633. εὖ θέσθαι *bene componere* locutio est metaphorica; nam proprie dicitur de *aleatoribus*. Sophocles in Teucri fragm. ap. Stob. 108, 51: στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ (correctum est κεὖ) θέσθαι πρέπει | σοφὸν κυβευτήν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην. Cf. Aesch. Ag. 32, Phoen. 1422. Vide praeterea Soph. El. 1434; Eur. H. F. 605, 938; Iph. A. 672; I. T. 1003; Bacch. 49. Eodem sensu καλῶς θέσθαι Hipp. 709; Andr. 379. Plura dabit Blomfield. in gloss. ad Agam. 32.

V. 634. τήνδ' pro τὴν e Doederlini coniectura ediderunt Wunderus et Hartungius. Post hos demum de ea re monuit Heimsoethius p. 112 K. S.

V. 636. E corrupta lectione νικνοῦντες M. Schmidtius perperam coniecit νεικοῦντες. Nam quid sit νεικεῖν ἴδια κακά, nemo facile dixerit.

V. 637. Post οἴκους ad variandam orationem infertur στέγας. Saepe ita poetae, v. c. Eur. Phoen. 568 σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ· σοὶ δέ, Πολύνεικες, λέγω. Andr. 385 καὶ λαχοῦσά τ' ἀθλία καὶ μὴ λαχοῦσα δυστυχὴς καθίσταμαι. Cf. Hel. 513.

V. 640. θάτερον δυοῖν κακοῖν cum Nauckio et Dindorfio edidi ex huius coniectura pro δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν. Licet paene constanti consuetudine δυοῖν θάτερον Graeci dicere soleant, non inversa ratione θάτερον δυοῖν, huius tamen constructionis exemplum reperitur ap. Eur. Ion. 579. Similiter poetae ὡς εἰπεῖν ἔπος pro ὡς ἔπος εἰπεῖν dicere sibi permiserunt. Meinekius in An. Soph. p. 234 tentat: δεινά γ' Οἰδίπους — δρᾶσαι δικαιοῖ μ' ἐν ᾿υοῖν κρίνας κακοῖν. Repugnante metro, Bergkius: δυοῖν ἓν ἀποκρίνας κακοῖν, nisi δυοῖν una syllaba pronuntiari posse putes, quomodo Ἐρινύων est trisyllabum apud Eur. I. T. 931, 970, 1456.

V. 643. τοὐμὸν σῶμα usitata tragicis periphrasis pro ἐμέ. Cf. O. C. 355, Eur. Alc. 636, Andr. 315, Heracl. 528. Similis est usus formulae ἡ ἐμὴ ψυχή. Cf. adn. ad τοὐμὸν στόμα 425.

V. 644. μή νυν ὀναίμην εἰ. Nota formula iurandi, cuius species positiva est οὕτως ὀναίμην. Veteres grammatici supplent τοῦ βίου. Sensus est: *ne gaudio ullo fruar — ita felix sim.* Secunda persona ὄναιο respondet Latinorum voci *macte!* Eodem pertinet participium Homericum ὀνήμενος.

V. 652. *νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν.* Cf. Eur. Hipp. 1036: *ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν | ὅρκους παρασχὼν πίστιν οὐ σμικρὰν θεῶν.* Ib. *καταίδεσαι*, i. e. *κατελέησον.*

V. 656. Pro *ἐναγῆ* post Bergkium et Nauckium Heimsoethius K. S. p. 375 commendavit *ἀναγῆ*, quod Hesychius explicat per *καθαρός.* Qui *ἐναγῆ* servant, explicant *ἔνορκον* vel *ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενον.* Mihi neque de hac vel interpretatione vel emendatione satis liquet, neque de tota loci impeditissimi ratione. Quod Bergkius partim e Brunckii coniectura edidit *τὸν — φίλον μηδέποτ' αἰτίᾳ σὺν ἀφανεῖ λόγων ἄτιμον βαλεῖν* ferri forsitan posset, si *βαλεῖν* recte diceretur pro *ἐκβαλεῖν*, verum hoc satis apparere mihi videtur *βαλεῖν* iungendum esse cum *αἰτίᾳ*, ut sit *culpae* vel *criminis arguere.* Cf. Trach. 940, Eur. El. 902, Ar. Thesm. 895. E Suidae loco: *ἐναγῆ φίλον· τὸν μηδέποτ' ὑπὸ φίλων ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ γενόμενον, ἀλλὰ καθαρὸν ὄντα, δεόμεθα μὴ λόγων ἄτιμον βαλεῖν, ἀλλὰ προσδέξασθαι αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν. Εἴτε ἐναγῆ, τὸν ἐνεχόμενον μύσει, οὕτω· δεόμεθα τὸν μηδέποτε ἐναγῆ γενόμενον εἰς φίλους μὴ ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ ἄτιμον ποιήσῃς τῶν λόγων*, rectissime Elmsleius effecit, Scholiastam, cuius verba emendatius ap. Suid. repraesententur, legisse: *τὸν ἐναγῆ φίλων μηδέποτ' αἰτίᾳ | ἐν ἀφανεῖ λόγων ἄτιμον βαλεῖν.* In hac autem lectione, mutato *φίλων* in *φίλον*, acquiesci fortasse possit. Ita *τὸ ἑξῆς* foret hoc: *μηδέποτε τὸν ἐναγῆ (ἀναγῆ) φίλον βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ ἀφανεῖ ἄτιμον λόγων.* Ceterum lectorem relego ad Stephani Thesaurum s. v. *ἐναγής*, ubi accurate de h. l. disputatur. Addo, Heimsoethium coniecisse: *μηδ' ἀφανεῖ λόγῳ σφ' ἄτιμον βαλεῖν*, in qua lectione male abundare mihi videtur pronomen *σφε.* In re incertissima retinui scripturam codicis, nisi quod cum Hermanno praeeunte Dindorfio inserui *σ'*. Hermannus comparat locum Antiphontis p. 136 (733 Reisk.) *σὺ δέ με ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι.*

V. 658. „In Oedipi verbis non recte dictum est *ὅταν ζητῇς*, „quod *poscendi* vel *petendi* sensu ab Atticorum usu alienum „est. V. H. Stephanum Thes. v. *ζητεῖν* et Cobetum V. L. p. „275, quare *ταῦθ' ὅταν χρῄζῃς* scribendum suspicor. Cf. 652. „At quod statim sequitur, *ζητῶν ὄλεθρον* recte dictum est" Meinekius An. Soph. p. 234. Nempe genuino vocabulo perniciosa fuit vicinia participii *ζητῶν.* Saepius autem utrumque verbum confunditur, sed ita ut notius scribis vocabulum

ζητεῖν ignotioris locum occupare soleat. Ita v. c. in Anaxippi Ἐκκαλυπτομένου fr. ap. Ath. IX p. 403 E, v. 48 ἰδὼν τὸ πρόσωπον γνώσομ' οὐ ζητεῖ φαγεῖν legendum esse χρῄζει nemo dubitabit, qui contulerit Arist. Av. 76 τότε μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς. Nam ἐρᾶν ibi idem valet quod ἐπιθυμεῖν s. χρῄζειν. Cf. meae Obs. Crit. ad com. Gr. fr. p. 102. Similiter Ar. Nub. v. 320 scribere malim: καὶ λεπτολογεῖν ἤδη χρῄζει καὶ περὶ τοῦ καπνοῦ στενολεσχεῖν, et eadem de causa Thesm. v. 794 legendum puto:

πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ περὶ τὰς κλίνας περινοστῶν
κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν, χρῄζει (pro *ζητεῖ*) *τὸ κακὸν*
~~*θεάσασθαι* (pro~~ *τεθεᾶσθαι*),
κἂν αἰσχυνθεῖσ' ἀναχωρήσῃ, πολὺ μᾶλλον πᾶς ἐπιθυμεῖ
αὖθις τὸ κακὸν παρακύψαν ἰδεῖν.

Ad spectandam mulierem e fenestra prospicientem nulla opus est ζητήσει, sed opus est voluntate, opinor.

V. 660. Invocatur Sol, quippe qui πάνθ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. Cf. Eur. H. F. 858, Aesch. Ag. 1323, Cho. 985, Soph. O. C. 869.

V. 661. ἄθεος. Cf. 248, El. 1181. Ib. πύματον h. l. non ὕστατον sed ἔσχατον. Epica hac voce tragicorum solus Sophocles usus est, sed non nisi in melicis. Cf. O. C. 1235 et 1675.

V. 665. Dindorfius edidit: ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνας | τρύχει ψυχὰν [καὶ] τάδ' εἰ κτέ., deleto καὶ auctore Hermanno. Aliquanto probabilior mihi visa est lectio, quam Heimsoethius proposuit K. S. p. 314 sq. Bergkius edidit: τί δ', εἰ κακοῦ κακά — σφῷν; Ingeniose!

V. 666. τρύχει] λυπεῖ με. Schol. Hoc verbum proprie *conterere* s. *comminuere* significans, metaphorice usurpari solet, quem admodum κνίζειν, δάκνειν, δάπτειν, alia.

V. 669. παντελῶς. Vide an hoc vocabulum reddendum sit Aeschylo Sept. 670 ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη pro πανδίκως, quod e sequenti Δίκη labem concepisse videtur.

V. 673. στυγνός h. l. active = μισῶν, ut 1133 et El. 918, βαρὺς passive accipiendum = βαρυνόμενος.

V. 676. ἐκτὸς εἶ minus recte vertunt *foras ibis*, nam foris ante Oedipi aedes haec aguntur in scena: ἐκτὸς ἰέναι h. l. simpliciter significat *abire*, ut ap. Aesch. in Sept. 247: ἐκτὸς οὖσ' ἀγαλμάτων, i. e. *aris relictis*.

V. 677. *ἀγνῶτες* sensu activo, ut 1133, = *ἀγνοοῦντες*. Vulgo passivum est = *ἀγνοούμενος* diciturque de personis, ut *ἄγνωτος* de rebus. Calidius Cobetus Mnem. VII p. 136 contendit apud veteres *ἀγνώς* nusquam *ἀγνοῶν* sed ubique *ἀγνοούμενος* significare. De oratione tamen pedestri illud praeceptum valet. — ib. *ἐν δὲ τοῖσδ'* i. e *sed horum iudicio*, ut O. C. 1212: *σκαιοσύνην Φυλάσσων | ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται*. Cf. Valckenaerii adnotatio ad Hipp. 324.

V. 680. *τύχη*. Hoc vocabulum errore natum legitur ap. Eur. Ion. 1456: *ἀλλὰ τἀπίλοιπα τῆς τύχης | εὐδαιμονοῖμεν, ὡς τὰ πρόσθε δυστυχῆ*. Intellegam *τἀπίλοιπα τῆς ζόης*.

V. 681. Absurdum illud *ἀγνώς*, quod librario ἔγκυλον erat e. v. 677, certa emendatione mutavi in *ἄλλως*, quod adverbium substantivis addi solet ad significandas res *vanas* atque *inanes*. Cf. Trach. v. 819 *ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν μητρῷον*; Phil. 947 *καπνοῦ σκιάν, εἴδωλον ἄλλως*, Eur. Hec. 489 *δόξαν ἄλλως*, Hel. 761 *ἀριθμὸν ἄλλως*. Tro 476, Ar. Nub. 1206, Dem. XXXV § 25 *ἄλλως ὕθλον καὶ Φλυαρίαν*. Id. XIX § 24. Inversa ratione *ἀγνῶν* in *ἄλλων* corruptum est Med. 846 in pulcherrimo cantico: *πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν | ἢ πόλις ἢ Φίλων | πόμπιμός σε χώρα | τὰν παιδολέτειραν ἕξει, | τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων*; ubi ipsa oppositio demonstrat poetam dedisse *ἀγνῶν*. Cf. Mnem. IV p. 368.

V. 682. *δάπτει* suspectum est Nauckio et Meinekio, quorum ille edidit *δάκνει*, hic An. Soph. p. 236 coniecit *ἰάπτει*. Mihi verbum rarius et poeticum *δάπτειν* corruptela natum esse parum videtur verisimile. Insuper satis id tueri puto Aeschyli locum Prom. 435: *συννοίᾳ δάπτομαι κέαρ*, quod non alio sensu dictum videtur, quam quo Arist. Ach. 1 dixit: *ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν*. [1]) Adde Q. Smyrn. A 720. Similiter cognato verbo *δαρδάπτειν* comicus usus est Ran. v. 65: *τοιουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος Εὐριπίδου*. Recte autem Mein. conferri iubet Ai. 119.

V. 687. Nulla causa est, cur cum Heimsoethio p. 29 *ἀγαθός* (quo adi. poeta saepissime utitur) adiectivi *κεδνός* glossema esse putemus. Accedit hoc vocabulum, quod Aeschylo

1) Verbum *δάκνειν* admonet me loci Aeschylei Ag. 744, ubi Helena dicitur *δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος*. An *θελξίθυμον* dederat poeta?

Euripidique est in deliciis, apud Sophoclem non legi nisi Ai. 663.

V. 691. παραφρόνιμον semel dictum pro παράφρονα.

V. 692 sqq. Vide quae Heimsoethius disputat p. 315 K. S. Vocabula εἰ δύναιο scholium esse sagaciter intellexit, praestatque eius coniectura ἂν γένοιο Bergkianae εἰ γένοιο, quam receperunt Dindorfius et Nauckius. Quanto autem pulchrius est ἐν πόνοις σαλεύουσαν οὐρίσας, i. e. *qui hanc urbem ceu navem malorum procella paene obrutam prospero cursu rexisti*, (cf. v. 23, Eur. Suppl. 473 sqq., Rhes. 248,) quam quod relicta metaphora nuper proposuit Meinekius A. S. p. 235 ἐν πόνοις ἀλοῦσαν. Idem deinde, servata scriptura codicis τανῦν δ' εὔπομπος, εἰ δύνᾳ, γενοῦ, corrigendum putat in v. antithetico προσάψει, τοῖς πάλαι τὰ πρὸς φίλων, Ingeniose!

V. 693. Imperfectum requiri, dubium non est.

V. 695. οὐρίζειν et ἐπουρίζειν pertinent ad rem navalem proprieque significant *ventum praebere secundum*, deinde ἐπουρίζειν est *velum opponere vento*, unde ludicra ἀμφιβολία est in fragm. Epicratis ap. Athen. XI p. 782 f. κεὐθὺ τοῦ καρχησίου | ἄνελκε τὴν γραῦν τὴν νέαν τ' ἐπουρίσας πλήρωσον κτέ.

V. 699. μῆνιν στήσας, ut dicitur ἱστάναι βοὴν, κραυγήν, similia. Depravatum puto quod legitur I. A. 789: ἐλπὶς ἅδε ποτ' ἔλθοι, οἵαν αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ (an Λυδῶν?) καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι στήσουσι παρ' ἱστοῖς μυθεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας. Corrigatur σχήσουσι.

V. 702. ἐγκαλῶν ἐρεῖς. Sine causa Heimsoethius p. 81 ἐγκαλεῖν ἔχεις, etsi scribere sic Sophoclem *potuisse* facile largior.

V. 708. οὕνεκα, i. e. ὅτι. Cf. ad v. 571.

V. 709. λαχὸν pro ἔχον proposuit idem K. S. p. 67, idque procul dubio verum est. Quod vero v. praec. pro σοι coniecit τοι, id fortasse non est necessarium. Σοὶ est Dativis Ethicus. — Eadem autem sententia legitur in Antig. v. 1160 καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς. Similiter quoque nuntius apud Eurip. in Helena v. 753 sqq: τί δῆτα μαντευόμεθα; τοῖς θεοῖσι χρὴ | θύοντας αἰτεῖν τἀγαθά, μαντείας δ' ἐᾶν· | βίου γὰρ ἄλλως δέλεαρ εὑρέθη τόδε, | κοὐδεὶς ἐπλούτησ' ἐμπύροισιν ἀργὸς ὤν· | γνώμη δ' ἀρίστη μάντις ἥ τ' εὐβουλία, et mox τοὺς θεοὺς ἔχων τις ἂν | φίλους, ἀρίστην μαντικὴν ἔχοι δόμοις. Cf. infra 857 sq., 956, 976. Cum Iocaste facit Achilles ap. Eur. I. A. 956

τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ; | ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ, λέγει | τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται;

V. 710. σύντομα i. e. *concisa*, vern. sermone *bondig*. Eur. Hipp. 9 δείξω δὲ μύθων τῶνδ' ἀλήθειαν τάχα.

V. 711. χρησμὸς — ἦλθε Λαΐῳ. Herod. V 98 Ἀθηναίοισι — ἦλθε μαντήιον ἐκ Δελφῶν, Id. II 152 πέμψαντι δὲ οἱ — ἦλθε χρησμός. Nihil autem frequentius formula ἀγγελία ἔρχεταί τινι, unde impersonaliter dici coeptum est ἦλθε pro ἠγγέλθη. Cf. Thuc. VIII 96, Dem. Ol. III 5.

V. 712. „Nullam vim habet particula γε scribendumque „puto παρ' αὐτοῦ mutatione prope nulla. Vix dignoscas ΠΑΡ „a ΓΑΠ". Meinekius A. S. p. 236. Praepositiones autem ἀπὸ et παρὰ in eadem sententia saepe variant poetae. Eur. Bacch. 118: ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τ'.

V. 713. ἕξοι. Post Canterum ita correxit Car. Halmius, cl. Philoct. 331: ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα πεσεῖν. Praeterea cf. Eurip. Hec. 5. Cur autem Bergkius pro παιδός ediderit παίδων non exputo. Quod ad oraculum attinet, compara Phoenissarum prologum et Aesch. Sept. 725 sqq.

V. 717. παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι τρεῖς, i. e. ἐκ τῶν τοῦ παιδὸς γενεθλίων οὔπω διεγένοντο ἡμέραι τρεῖς. Βλάστας γενεθλίους poeta coniunxit O. C. 972.

V. 720. ἤνυσεν — γενέσθαι, i. e. ἐξέπραξεν ὥστε γενέσθαι. Cf. Aesch. Pers. 718.

V. 725. ὧν — χρείαν, i. e. ἃ χρήσιμα ὄντα. Nauck. ἤγουν ἃ γὰρ ὁ θεὸς ζητῇ, πρέποντα κρίνας ζητεῖσθαι, ῥαδίως αὐτὸς δείξει. *Rec. Schol.* „Necessitatem s. utilitatem rei dixit pro re qua opus „est". Bothius. His explicationibus locum non satis expediri, sensit Heimsoethius, K. S. p. 81, cuius tamen coniectura αὐγὴν ἐρευνᾷ, (cl. glossa Hesychiana αὐγή· χρεία, λαμπρότης, φῶς, ubi χρεία procul dubio corruptum est) nullam habet πειθανάγκην. Lenius olim Brunckius coniecerat ἣν - χρείαν explicans χρείαν per *negotium*, cl. v. 1435 et Ai. 740. Permirum autem est viros acutissimos praetervidisse ipsum deum, quippe quem nihil lateat, perperam dici ἐρευνᾶν i. e. *explorare* s. *investigare*. Quare vide, an forte poeta dignum sit: ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν ἐφεύρῃ, i. e. *quarum enim rerum deus utilitatem deprehenderit, eas facile ipse ostendet.*

V. 728. Vide Meinekium de h. l. disputantem in An. Soph. p. 237 [1]).

V. 731. *ταῦτ'*. Heimsoethius K. S. p. 69 coniecit *τότ'*. Nihil opus; cf. v. 527 *ηὔδατο μὲν τάδ' κτέ.* et infra v. 1442 *οὕτως ἐλέχθη ταῦτ'*.

V. 734. Vide Dindorfii adn. ad Antig. 212. Cf. 761, 1205, O. C. 936, Eur. Hec. 146 et imprimis Aesch. Sept. 1032, qui huius loci plane est gemellus. Notandum autem hoc non fieri nisi in iis praepositionibus, quae sine sententiae damno a poetis omittuntur. Ubi, ut hoc utar, Aeschylus Suppl. 296 dicit *καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο*, sic scribere potuit, quia Graecum est *ἵκετο Κάνωβον*, nec dicere ei licebat v. c.: *Εὐρώπης καὶ δι' Ἀσίας ἐπορεύετο*. Paulo licentius Graecorum usum imitati sunt poetae Latini, v. c. Horat. Carm. III 25 *quae nemora, quos agor in specus*, Verg. Aen. VI 692 *quas ego te terras et quanta per aequora vectum accipio.*

V. 736. *ἔχων — ἐφαίνου*. De hac periphrasi consule Meinekium in An. Soph. p. 276.

V. 740, sqq. De difficultatibus, quibus hi vss. premuntur nuper egit Meinekius in An. S. p. 237 sq., ubi scribendum proposuit *τίνα δ' ἀκμὴν τότ' ἦλθ' ἔχων*, quae coniectura iisdem laborat incommodis, quibus Dindorfiana *τίν' ἦλθε, φράζε*; nam et Aoristo vix locus est et *ἦλθε* (i. e. *venit*) pro *abiit* nove dictum videtur. Praeterea parum elegans est illud *εἶχεν*, sequente *ἔχων*. Melius certe foret quod Hartungius dedit *ἔτυχε* pro *εἶχε*, sed, ut iam dixi, requiritur fere Imperfectum; quapropter ipse reposui: *τὸν δὲ Λάιον φύσιν τίν' εἶρπε, φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων*; simul monens fortasse gravioribus mendis h. l. laborare. Etenim negari nequit, *ἥβης* pro *ἡλικίας* mire dictum esse, quod iam Bergkium non fugit, ingeniose tentantem *Θήβης ἰών*. Obstat tamen huic coniecturae responsi forma, quae pertinaciter tuetur participium *ἔχων*. Insuper *φύσιν* iam aetate Periclea de corporis forma s. statura (= *μορφήν*) dici potuisse nondum persuasit mihi Meinekius conferendo loco Trach. 308, ubi *corporis*

---

1) Verbum *σφαγεύς* me admonet corruptissimi loci Eurip. Cycl. 299, qui sic corrigatur: *νόμος δὲ θνητοῖς, εἰ νόμους ἐπιστρέφει, κτέ.* i. e. *si leges curas*. Vide reponsum Cyclopis 338: *οἳ δὲ τοὺς νόμους ἔθεντο — κλάειν ἄνωγα.*

habitum (nempe *aspectum iuvenilem*) indicari assentior, *formam staturamve* nego. Ea vero a Sophocle et aliis constanter vocatur μορφή, ut mox v. 742. Hinc animi causa tentavi: μήπω μ' ἐρώτα· τὸν δὲ Λάιον τίνα (ἔστ)ειχε (μορφὴν), φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἔχων, ut et φύσιν et ἥβης interpretamenta sint, illud vocabuli μορφήν, hoc (ἥβην primitus scriptum) vocis ἀκμήν. Similiter glossema glossae locum occupavit Antig. 70. ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα, ubi sententia postulat ἀσμένης, cl. Trach. 18. Sic quoque interpretando perssumdatus est in eadem fabula locus, qui legitur v. 465 sqq., ubi suspicor:

οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδέν· [ἄλγος] ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμ(οῦ πατρὸς)
μητρός (τ') [θανόντ'] ἄθαπτον (ὄντ') ἠνεσχόμην νέκυν.

Interpretamenta ἄλγος et θανόντα postquam in textum irrepseraut, propter metri angustias ea expulsa videntur, quae uncis rotundis inclusa inserui. Idem denique accidisse videtur in Eur. I. T. 943 ἔνθεν μοι πόδα | ἐς τὰς Ἀθήνας ἔπεμπε Λοξίας. Suspicor: ἐς Παλλάδος πόλισμ' κτέ. Cf. v. 1014, Med. 771, H. F. 1323.

Verbum autem στείχειν etiam alio loco Sophocleo obliteratum videtur: nempe Philoct. v. 42: πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ | κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν; ubi prorsus inepta est praep. πρὸς nec προ — βαίη metrum patitur. Scripserim igitur προστείχοι μακράν. Quod ad metrum attinet v. 741, ut restituendum eum suspicor, tribrachyn in pede quarto Sophocles habet hisce locis: O. R. 719 (e cerrectione Musgravii), Antig. 1071, 1199, O. C. 985, nisi ibi cum Dind. legendum ἀγκαλούμενος, Ai. 55, 569, El. 693, Trach. 758, 1096 et 603 ex emendatione (praeterea 910, sed ibi cum Hermanno praefero ἀγκαλουμένη) Philoct. 7, 583, 932, 1238. Fieri autem potest ut inter legendum unus alterve locus me fugerit.

τίνα in fine senarii cum alibi legitur tum Ant. 1228, φράζε in eadem sede, qua ego restituendum suspicor, Ant. 1099.

V. 742 recepi ingeniosam Meinekii coniecturam, quam illustrantem vide ipsum An. Soph. p. 238. Describitur autem, ut recte animadvertit, σπαρτοπόλιος. Interpretare cum ipso: χνοάζων τὸ μέλαν κάρα ὥστ' ἄρτι λευκανθὲς γίγνεσθαι. Nota prolepsis. Quaerendum tamen, an forte sufficiat μέλας, χνοάζων κτέ. Cf.

Demosth. Mid. § 71 ed. Bekk. — *χνοάζειν* praeterea usurpavit Metagenes ap. Ath. XIIII 571 B. Ad *λευκανθές* compara Babriam in nota fabula (XXII) v. 8: *τῶν οὖν τριχῶν ἑκάστοθ' ἡ μὲν ἀκμαίη | ἔτιλλεν ἃς ηὕρισκε λευκανθιζούσας.* Valebat igitur de Laio, quod parum eleganter ait apologi auctor: *βίου τις ἤδη τὴν μέσην ἔχων ὥρην — λευκὰς μελαίναις μιγάδας ἐκλόνει χαίτας.* Ov. Metam. VIII 567 *raris iam sparsus tempora canis.*

V. 750. *βαιός* h. l. fere valet *λιτὸς*, *tenuis*, i. e. cum paucis comitibus. Ponitur hoc adi. modo pro *μικρός* modo pro *ὀλίγος.* Sophocles frequentissime eo usus est, rarius Aeschylus (Pers. 440 et 982, Ag. 1556) et Euripides (Phryx. fr. 14. 1 et Rhes. 974).

V. 753. *Λαΐου βίαν* pro *Λάιον μία* certa est, ut arbitror, emendatio, qua „nulla Sophocleo veniet iactura cothurno". Plane autem absurda est lectio vulgata, quasi Iocaste metueret ne Oedipo Laius in duobus pluribusve curribus vectus esse videretur. Non enim aliud quicquam ea lectio significare potest. Nam si dicere voluisset poeta Laium in uno eodemque curru vectum fuisse cum praecone, qui idem erat auriga (cf. v. 806), addere debuisset pronomen *τούτῳ* s. *αὐτῷ*. Neque hoc, credo, memorandum erat, siquidem res ipsa loquebatur. Mox v. 802 sq: *ἐνταῦθά μοι κῆρυξ τε κἀπὶ πωλικῆς ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβὼς κτέ.*, ubi quis additum ferret *μιᾶς*?

Quam autem sit haec mutatio lenis, non praeteribit quemquam, qui meminerit, quam nihil *υ* ab *ν* et *β* a *μ* distent in libris MSS. Ad formulam *Λαΐου βίαν* cf. Trach. 36, Phil. 314, Aesch. Sept. 447, 569, 571, 577, quorum locorum numerus facili negotio plurimis aliis augeri poterit. Eandem formulam obliteratam suspicor ap. Euripidem in Suppl. v. 144 *Τυδεὺς μάχην ξυνῆψε Πολυνείκης θ' ἅμα.* Tu scribas: *Πολυνείκους βία*, et grati erunt poetae tibi manes.

V. 760. *τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγών*, ut *supplex*. Cf. Aiac. v. 706 (*Κάλχας*) *ἐκ χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως θεὶς εἶπε κἀπέσκηψε κτέ.* Eur. H. F. 964, 968. Apud eundem Eur. Hel. 842 et Iph. A. 471 *θιγεῖν τῆς δεξιᾶς* est *pignus fidei*. Frequentius quam manum *mentum* tangunt supplices eius, cui supplicant. Cf. I. Taur. 362, I. A. 1227, Bacch. 1317, H. F. 987. Similiter qui supplices deos testantur horum signa tangere assolent, unde nata locutio: *καθάπτεσθαι θεοῦ.* Cf. Herod. VI 69.

V. 762. ἄποπτος. Vide doctam Lobeckii de hoc adiectivo disputationem ad Ai. v. 14 ed. tert.

V. 764. δοῦλος manifestum est interpretamentum, pro quo Meinekius A. S. p. 239 sagaciter substituit πιστός, cl. v. 1118. Minus probabilis est me iudice Heimsoethii coniectura εὔνους, et omnino reiicienda altera Meinekii suspicio ἄδολος. In sanandis huiuscemodi corruptelis nullius momenti esse literarum similitudinem sponte apparet.

V. 765. πῶς ἂν μόλοι; i. e. εἴθε μόλοι. De hac formula nota sunt omnia. Similiter τίς ἂν pro εἴθε τις dixit v. c. Soph. O. C. 1103.

V. 770. ἐν σοὶ, i. e. *in pectore tuo.* Dind. Vix opus est coniectura Heimsoethii, quam proposuit p. 93 K. S. γοῦν σοί. Multo minus probandum, quod idem v. 766 propter τὸ ἀμφίβολον τῆς λέξεως mavult ἔξεστιν; nam loci ratio est ita perspicua, ut in πάρεστιν nihil possit esse ambigui.

V. 772. Μείζονι interpretantur *potiori*, quod dubito an lingua Graeca permittat. Memoria digna videtur coniectura (cuiusnam sit non memini): τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονα | νείμαιμ' ἂν κτἑ. Cf. Var. Lect. Scio tamen, quid obverti possit.

V. 774. Πόλυβος — Κορίνθιος. Herod. V. 67 eundem regem facit Sicyonis: ἡ γὰρ χώρη ἦν αὕτη Πολύβου, ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος, ἄπαις δὲ Πόλυβος τελευτέων διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν, ubi ἄπαις valet ἄπαις ἔρσενος γόνου, ut alibi solet historicus.

V. 777. ἐπέστη. Praeter Eur. Hipp. 818, quem locum comparavit Elmsleius, cf. Trach. 1172 μόχθων τῶν ἐφεστάτων ἐμοὶ τέλος. Idem verbum sed alio sensu reponendum suspicor Aiac. 869 κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος. Conieci: κοὐδεὶς ἐφίστασθαι (i. e. *sistere gradum*) με συμπείθει τόπος. Certe minime placet, quod Heimsoethius proposuit: κοὐδεὶς ἐπίσταταί με νουθετεῖν τόπος. Inspice locum et iudica.

V. 777—778. Observa gratissimum huius loci ὁμοιοτέλευτον. Cf. Eur. Hel. 924 αἰσχρὸν τὰ μέν σε θεῖα πάντ' ἐξειδέναι τά τ' ὄντα καὶ μὴ, τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι.

V. 779. ἐν δείπνοις ὑπερπλησθεὶς μέθης, i. e. δείπνοις ἡνίκ' ἦν ᾠνωμένος, ut dixit poeta in Trachiniis v. 267. Cum Hartungio praetuli μέθης nam μέθη, quod pr. m. scripsit, scribae σφάλμα

esse videtur. Cf. v. 874, Electr. 706 et 729. Phil. 520 *ὅταν δὲ πλησθῇς τῇ νόσου ξυνουσίᾳ* verbum vitiosum esse arbitror, sive *πληγῇς* (cf. Antig. 813, Eur. Alc. 406) sive *δηχθῇς* aliudve simile verbum delitescat.

V. 780. *λάσκει παροινῶν.* Verbo *καλεῖν* hic locum non esse apparet ex sequenti *ὅτι*. Diversum esse, quod Eur. dixit in Helena v. 927 *ἢ κλῄζομαι καθ' Ἑλλάδ' ὡς προδοῦσ' ἐμὸν | πόσιν Φρυγῶν ᾤκησα πολυχρύσους δόμους*, vix est quod moneam. *Λάσκειν* i. e. *λοιδορεῖν*, *conviciari*, id ipsum est, quod loci ratio requirit. Eurip. Andr. 672: *ξένης ὕπερ | τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους* Corruptela facile sic explicatur, ut *λάσκει* in *λακεῖ*, deinde, transpositis literis *λ* et *κ*, in *καλεῖ* censeamus abiisse. Idem verbum recte hodie e cod. restitutum est in Phil. v. 110, ubi pessime ex apographis vulgabatur *λαλεῖς*; nondum redditum est Aeschylo, qui, nisi egregie fallor, in Choeph. v. 845 scripserat: *ἢ πρὸς γυναικῶν δειματουμένων λόγοι πεδάρσιοι θρώσκουσι, λάσκοντες μάτην;* i. e. *ψοφοῦντες ἄλλως*. Quod e codice editur *θνήσκοντες* prorsus est absonum.

Non magis ferri poterat *παρ' οἴνῳ*, non solum quod post *ἐν δείπνοισι* et *μέθης* turpiter abundat, sed etiam quod Graecum est *παρ' οἶνον*, *παρὰ ποτόν*, *παρὰ δεῖπνον*, similia, non *παρ' οἴνῳ* cett. Hinc iam adolescentulus scribendum vidi *παροινῶν*; quod ipsum nunc Heimsoethium video proposuisse K. S. p. 94. Ne quis forte putet verbum *παροινεῖν* tragoediae gravitate respui, vel Dithyramborum poetas cognato adiectivo usos esse sciat. Cf. Pratinas ap. Ath. XIV p. 614 B, v. 10.

Ib. *πλαστός* is est, qui vulgo dicitur *ὑποβολιμαῖος*.

V. 782. *οὖσαν* pro *παροῦσαν*. Cf. El. 305 et Ant. 1109. Mox *θατέρᾳ* = *τῇ ὑστεραίᾳ*. *Ἄλλης ἡμέρας* poeta dixit El. 698.

Ib. *κάτεσχον*, omisso *ἐμαυτόν*, quod in pedestri oratione additur.

V. 786. *ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.* Eleganter Br. *alta enim mente fixum haerebat.* Similis est nostratium formula: *het bekroop mij zeer.* Imago, ni fallor, petita est ab angue, hominis pectori subrepente, ut eum pungat. Hinc *ἔκνιζε* in initio vs. Eodem sensu frequentius est *ὑπιέναι*, quod ut Latinum *subire* de animi affectibus dici solet. Cf. Phil. 1215, El. 916, Eur. Hipp. 1089, Med. 57.

V. 787. Brevius rem narrat, ut par erat in prologo, Euri-

pides Phoen. v. 34: ἢ γνοὺς ἤ τινος μαθὼν πάρα, | ἔστειχε τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων | πρὸς δῶμα Φοίβου.

V. 789. ἀθλίῳ commendavit quoque Nauckius.

V. 790. δύσφημα propemodum certa est Heimsoethii suspicio K. S. p. 94 „das characteristische Wort für die Dinge, die „gleich genannt werden, und steht darum von δεινὰ eingeleitet „zuletzt." Wunderi emendationem προὔφηνεν merito receperunt plerique editores. Idem verbum in eadem re reddendum Herodoto V. 63 (Ἀλκμαιωνίδαι) ἀνέπειθον τὴν Πυθίαν χρήμασι — προφέρειν σφι (Σπαρτιάταις) τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν. Necessarium videtur προφαίνειν.

V. 795. ἐκμετρούμενος. Nauckium substituentem τεκμαρούμενος bene refutat Meinekius An. S. p. 275.

V. 797. ὀνείδη — τελούμενα, i. e. αἴσχη — ἐξήκοντα. Cf. 1035, 1494, 1192.

V. 800 unanimo fere criticorum consensu damnatur. Illud τριπλῆς e v. 715 et 731 olim adscriptum ad κελεύθου versui pangendo ansam dedisse suspicor. Dindorfio in locum genuini vs. suffectus esse videtur. Ego, hoc vs. expuncto, nihil deesse iudico. Asyndeton enim habet nescio quid sollenne, quo apte praeparatur pars praecipua narrationis. Eadem asyndeti defensio non parata est loco Euripidis Hipp. 478 sq., ubi lege: εἰ δ' εἴσ' ἐπῳδαὶ, posita virgula post θελκτήριοι. Cf. Iph. A. 1034.

V. 802. πωλικῆς ἀπήνης. Supra v. 753 minus accurate dixit ἀπήνη, quod proprio usu de *curru mulis iuncto* dici solet. Aurigae nomen in fabulis est *Polyphontes* sive *Polyphetes* sive *Polypoetes*. Compara quae similium in mythis nominum discrepantiarum exempla congessit Lehrsius de Arist. St. Hom. 1865 p. 242 in adnot. — Cum Sophoclis narratione componatur Euripidea in Phoen. 37—45.

V. 810. οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισε, i. e. μείζονα τιμωρίαν. Eadem litote Vergilius Aen. I 140 „post mihi *non simili poena* commissa *luetis*." Cf. Il. A 278. — Dobraeus Adv. II p. 33: fortasse συντόνως, *a smart rap*. Cf. συντόνῳ χερὶ Trach. 927. Idem postea proposuit Bergkius. Substantivum σύνтασις pro σύστασις Euripidi redde Hipp. 980.

V. 813. τοὺς σύμπαντας. Unus tamen effugerat, cf. v. 118, sed fefellerat pugnae intentum. Τοὺς συστάντας acute coniecit M. Schmidtius, nec tamen quicquam mutaverim.

V. 814. πρoσῆν καὶ Heimsoethius K. S. p. 53. Reperto, quod verum est, silentio iaceant aliorum tentamina.

V. 815 ab impostore fictum esse ostendit Dindorfius in praefat. ed. Teubner. p. XXV.

V. 817. Auctore Dobraeo, Dindorfius aliique ediderunt: ὃν — τινὶ | δόμοις — τινὰ, quod codicis quidem scripturae praestat, sed tamen offendit ingrata vice eiusdem pronominis Dativi et Accusativi. Longe sane elegantius est, quod propositum a Nauckio recepi: εἰ — τινὶ | δόμοις — ἐμέ, quae scriptura praeterea facilius iungitur cum vs. praecedenti: τίς — ἀνήρ; Infelicissime Heimsoethius K. S. p. 91 coniecit ξενοῦν pro ξενῶν, impedita ac prava constructione. Per ξένων intellige μετοίκους. Saepius poetae iungunt ξένους et ἀστούς. Cf. Trach. 187, El. 975, Eur. Suppl. 395, Pind. Ol. VII 90, Pyth. IV 78.

V. 819. ὠθεῖν δ'. Ex ἔξεστι assumendum χρή, ex τινὶ oppositum πάντας, quod additur in simillimo loco 238—241. Eandem libertatem haud raro permittunt sibi Latini. Notum in ea re exemplum est Horat. Sat. I libr. 1 initio, ad quem locum vide Heindorfium. Cf. Eur. Or. 512: καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅστις αἷμ' ἔχων κυρεῖ (l. κυροῖ), φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτείνειν δὲ μή.

V. 821. ἐν χεροῖν — χραίνω praegnanti constructione dictum pro χραίνω ἔχων ἐν χεροῖν.

V. 823. πᾶς. Nauckius de coniectura sua edidit πάντ'. Cf. v. 1197, Ai. 911, 1415. Fortasse recte. Diversa certe congessit Wunderus ad Antig. v. 770. Melius cum vulgata lectione comparaveris Eurip. Ion. 439 ἅπας μὲν οὐ γένοιτ' ἂν εἰς ἡμᾶς φίλος, ὅσον δὲ χρῄζει.

V. 825. ἐμβατεύειν πατρίδος. Alibi constanter iungitur hoc verbum cum Accusativo; hoc unico loco cum Genetivo, quem casum suapte natura regit ἐπιβαίνειν. Similiter ἐμβαίνειν semel Genetivo iunctum invenitur O. C. 400. Cf. ib. 924.

V. 827. Wunderi crisin hunc versum expungentis probavit cum aliis Dindorfius in adn. ad ed. Oxon. Nullius, me iudice, momenti sunt quae contra disputat in adn. ad Schneidew. Nauckius. Etenim expuncto languidulo isto versu nihilo obscurius, quod huic viro docto visum est, quam addito apparet

Oedipum omnino non dubitare, quin patre prognatus sit Polybo. Addito contra tollitur illa dictionis ambiguitas, quam per universum drama de industria poeta quaesivit.

V. 829. ἀνδρὶ τῷδ', i. e. ἐμοί, ut saepe loquuntur tragici. Secuti sunt poetae Latini. Cf. Hor. Sat. I, 9, 47, II, 3, 31. — Ib. ἂν ὀρθοίη λόγον, i. e. ὀρθῷ λόγῳ χρώμενος ἂν εἴποι. Cf. Aesch. Cho. 773. Eodem fere sensu tragici subinde utuntur verbo τυγχάνειν, v. c. Philoct. 223. Cf. Aesch. Ag. 1213 τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος τύχοιμ' ἄν; ibique Blomfieldi gloss. Cf. Alexidis fragm. ap. Ath. X 443 E. Similiter verbum κυρεῖν usurpatur Aesch. Suppl. 588: καὶ τόδ' ἂν γένος λέγων ἐξ 'Επάφου κυρήσεις.

V. 830. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας. Cf. Eur. Cycl. 576 τὸ πᾶν δαιμόνων ἁγνὸν σέβας. Nescio an hinc corrigendus sit locus Philoct. 1289 ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας, ut legatur ἁγνὸν — ὑψίστου, quia ὕψιστος notum est ab Homero inde Iovis epitheton. Cf. Pindar. Nem. 1 90, XI 2, Aesch. Eum. 28.

V. 832. ἴδοιν pro ἰδεῖν, quod h. l. soloecum est, accepi ab Firnhabero, raram sed certae fidei formam primae personae Optativi. Nauckius proposuit πρόσθε πρὶν ἰδεῖν, quae verborum compositio, nullo inter πρόσθε et πρὶν vocabulo interposito, mihi quidem apud tragicos observata non est. Scribere Sophocles potuit: ἀλλ' ἐκ βροτῶν βαίην ἄφαντος πρόσθε· μὴ τοίαν μ' ἰδεῖν κηλῖδ' ἐμαυτῷ συμφορᾶς ἀφιγμένην! omisso, quae sollennis in precibus ellipsis est, imperativo δός. Nota sunt Homerica illa: Ζεῦ πάτερ ἢ Αἴαντα λαχεῖν κτέ. et μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι κτέ. Neque aliter Attici solent. Cf. v. c. Eur. Suppl. v. 3, Aesch. Sept. 254, Ar. Ach. 436 [1]). Ad πρόσθεν, referendum ad priora, cf. O. C. 1373. Leniorem tamen rationem praetuli. — Non persuasisse mihi vides, vulgatam qui tuetur, Meinekium An. S. p. 240.

V. 835. τοῦ παρόντος h. l. est participium Imperfecti, i. e. ἐκείνου, ὃς τότε παρῆν τῷ Λαΐου φόνῳ. Cf. 756.

V. 838. ἡ προθυμία, i. e. ἡ διάνοια.

V. 840. ἄγος pro πάθος ego conieceram Ex. Crit. p. 115, idemque, ut docet me Meinekius, in mentem venerat Schmidtio.

---

[1]) Eur. Hel. 855 lego: ὦ θεοί, γενέσθαι δήποτ' εὐτυχὲς γένος | τὸ Ταντάλειον καὶ μεταστῆναι κακῶν. Ib. 560: ὦ θεοί, δότ' ἀρχαίους με γιγνώσκειν φίλους.

Iam lubens assentior Meinekio σαφῶς suspicanti in An. Soph. p. 240. Ita ἐκπεφευγοίην nude dictum noto usu significat: *crimine ero absolutus.*

V. 843. ὥς νιν κατακτείνειαν. Male locum sanissimum tentat Heimsoethius K. S. p. 135 scribens: ὡς Λάιον κτείνειαν. Non sensit vir egregius venustum pronominis usum, quod Oedipus de industria videtur usurpasse, ne invisum sibi nomen eius, quem a se interfectum suspicatur, cogatur eloqui. Quis significaretur illo νιν satis, opinor, apparebat ex ipso verbo κατακτείνειαν, quo composito frequenter poeta utitur. Praeterea nemo librarius in animum induxisset nomen proprium explicare scilicet pronomine. Contrarium vero saepissime fieri et rationem habet et notum est.

V. 845. τοῖς in τις mutavit Brunckius, probante Cobeto Mnem. VII p. 90. Vulgatam male sic tuentur Wunderus, Dindorfius Nauckius, alii, ut sensus sit: *multis illis, a quibus tu interfectum esse Laium dixisti.* Id vero, ut sit graecum, absurde dictum est, quasi *unus aliis* quidem *multis* par esse possit, non vero *multis Laii interfectoribus.* Nihilominus Brunckium non poetam sed interpolatorem correxisse suspicor. Mihi certe tam puerile additamentum, quod e praegressis sponte intelligitur, Sophocleo ingenio prorsus indignum videtur. Quare uncinis hunc versum sepire non dubitavi.

V. 846. οἰόζωνον (i. e. μονόστολον, interprete Hesychio) est ἅπαξ εἰρημένον probabiliterque fictum ab ipso poeta. Cf. Suidas in μονόζωνον, qui (vel potius cuius auctor) graviter in facillimi loci interpretatione lapsus est.

V. 847. ῥέπον. Cf. Antiph. ap. Ath. X. 449. a. ἦν δ' ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων. Brunckius iam comparavit Arist. Plut. 51.

V. 841. φανέν, i. e. λεχθέν. Cf. 525.

V. 849. ἐκβαλεῖν h. l. significat ἀναθέσθαι.

V. 850. πόλις γὰρ ἤκουσ' κτέ. Cf. Trachin. 371 sq.

V. 851. ἐκτρέποιτο, i. e. ἐκκλίνοιτο (*declinaret*), figurate pro ἐξαρνοῖτο, imagine sumta ab itinere, a quo quis *devertit.*

V. 852. σὸν pro τὸν receptum a recc. editoribus tantum non omnibus.

V. 853. δίκης ἐς ὀρθόν. Cf. Trach. 347.

V. 854. διεῖπε, i. e. εἶπε διαρρήδην. Cf. διώρισαν supra v. 723.

V. 857. *οὔτε τῇδε βλέψαιμ' ἂν οὔτε τῇδε* eleganter dictum pro *οὐδ' ἂν φροντίσαιμι* (s. *ἐντρεποίμην* s. *προτιμῴην*). — *καλῶς νομίζεις* formula est concedentis, eo consilio, ut longior de eadem re evitetur sermo. Nostrates: *alles goed en wel.* Similiter in Helen. 441 Menelaus ad vetulam, quae minis eum ab heri ianua studet abigere: *ὦ γραῖα, ταῦτα πάντ' ἔπη καλῶς λέγεις — ἄλλ' ἀνὲς μόχλον*, ut recte coniectum est pro *λόγον*.

V. 860. *στελοῦντα*, i. e. *μετιόντα* h. l. Saepius vero *στέλλειν* ponitur pro *μεταπέμπειν*. — Quem h. l. *ἐργάτην* dicit, supra v. 837 vocaverat *βοτῆρα*. Cf. 761.

V. 861 sq. Si hos versus solos per se spectamus, non miramur negotium eos creasse Heimsoethio, qui K. S. p. 200 sq. audacter corrigit: *πέμψω ταχύνασ' ἣν μόλωμεν ἐς δόμους· οὐδὲν γὰρ οὐ πράξαιμ' ἄν, εἴ τι σοι φίλον.* Vide tamen an scriptura codicis ita defendi possit, ut dicamus v. 861 *πέμψω — δόμους* positive respondere parti positivae verborum Oedipi *ἀλλ' ὅμως — στελοῦντα*, v. 862 *οὐδὲν — φίλον* negative respondere parti negativae *μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς.* Nempe Iocaste si *eam rem negligeret*, iure dici poterat *πράττειν τι ὧν Οἰδίποδι οὐ φίλον.* Vocabulorum *ὧν σοὶ σοι φίλον* grammaticam rationem bene perspexit Wunderus explicans: *τούτων ἅ με πρᾶξαι οὔ σοι φίλον ἐστίν.* Similiter Phil. 1227 *ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον.* Cf. supra 579.

Si contra, quod apud me nondum constat, hic locus non ita, ut nunc scribitur, a Sophocle profectus esse censendus erit, ne sic quidem, me iudice, ullam habet probabilitatem Heimsoethiana correctio. Etenim, quia v. 861 per se spectatus ne umbram quidem corruptelae ostendit, multo verisimilius esse arbitror quod aliquando suspicabar, v. 862 *οὐδὲν — φίλον* aliena manu esse additum, in eamque opinionem incidisse A. Zippmannum me docet Heimsoethius in *Athetesceon Sophoclearum specimine*, quod opusculum inspicere me non potuisse valde doleo.

V. 863. *εἴ μοι ξυνείη κτέ.*, i. e. *ὤφελέ μοι εἱμάρθαι ἀσκεῖν τὴν εὐσέβειαν ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τε καὶ ἔργοις, ὅσων κτέ.* Male scholiasta *μοῖραν* explicat per *εὐτυχίαν*, non intelligens *φέροντι* per attractionem dictum esse pro *φέρειν*.

V. 866. In ΥΨΙΠΟΔΕϹ latere putavi ΥΨΙΠΟΛΕΙϹ, aliquanto aptius, ni fallor, legum epitheton, *quae civitates evehunt, ornant.* Eo vocabulo, licet alio sensu, usus poeta est Antig. 370.

Iure autem, collato v. antithetico, choriambum requirit Nauckius, qui ipse coniecit ΥΨΙΠΕΤΕΙC. Deinde fortasse pro τεκνωθέντες ex ingeniosa Bergkii coniectura scribendum erat τανυσθέντες, cl. Empedocle v. 426 ἀλλὰ τὸ μὲν νόμιμον διά τ' εὐρυμέδοντος | αἰθέρος ἠνεκέως τέταται διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς. Altera eiusdem viri docti suspicio ἐκταθέντες metro repugnat: neque in melicis haerendum in verbo epico τανύειν, licet non aliud eius verbi apud tragicos reperiatur exemplum. Retinenti autem τεκνωθέντες non potest non probari κατ' αἰθέρα. Hartungius edidit ὑψίποδες οὐράνιοι δίῳ | αἰθέρι τεκνωθέντες et in v. antithetico ἀκρότατον εἰσαναβᾶσ' αἶπος κτέ. Ingeniose! Ad οὐρανίαν αἰθέρα cf. Eur. Hec. 1100 αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον. Αἰθήρ h. l. femininum est, ut aliquoties apud Euripidem v. c. Alc. 596, And. 1445, El. 991.

V. 876. Satis habui locum desperatum edere, ut legitur in codice, nisi quod iubente tam metro quam sententia cum Nauckio pro ἀπότομον scripsi ἄποτμον; quod forte servatum est vel potius correctum in apographo Dresd. Lacunam init. vs. Nauckius supplet inserendo ἄκραν. Dindorfius partim ex Erfurdtii coniectura edidit: ἀκρότατον (quod procul dubio falsum est) εἰσαναβᾶσ' (αἶπος). Omnium audacissime Heimsoethius K. S. p. 200 scribendum contendit ἀλίβατον εἰσαναβᾶσ' (ἄκραν). In re prorsus incerta malui indicare lacunam.

Tangi autem illis verbis ὕβριν κτέ. Atheniensium rempublicam aetatisque Sophocleae homines Wunderi haud inepta suspicio est. Iusto longius progressus erat Musgravius, Alcibiadem iis notari coniiciens, quam nimis incertam coniecturam esse planissime assentior Dindorfio.

Ipsa verba sic interpretatur Schol: εἰς δύσβατον ἀκρώρειαν ἀναβιβάσασα τοὺς χρωμένους αὐτῇ κατεκρήμνισεν, non male, modo intelligamus ὤρουσεν esse verbum neutrum (= κατέσκηψεν, ruit) et ὕβρις poni pro ὁ ὑβριστής. Pulcherrime Aeschylus Pers. 823 ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.

V. 877. ἵν' pro ἔνθ' dedi cum Nauckio, iubente v. antithetici metro. Pro χρησίμῳ aliquando in Ex. Crit. p. 116 tentabam ῥυσίῳ, i. e. σωτῆρι, in quod Dindorfium quoque incidisse video ex ed. Oxon., quo fit ut maiorem ei coniecturae habeam fidem. Caeterum apte contuleris verba Eustathii p. 1237: διαγνωμονοῦντος Ἀχιλλέως ὅτι τε ἀψύχως ἔτι διάκειται καὶ διερῷ ποδὶ καθ' Ὅμηρον

(Od. ι 43) ἢ χλωρὸν γόνυ κατὰ Θεόκριτον (Idyll. XIV 70) ἔχων, βαίνει καὶ οὕπω δέος εἰς ἀλίβαντα καταπεσεῖν αὐτὸν ζῶντι ποδὶ χρώμενον, ὥς φησι Σοφοκλῆς. Quod fragmentum Sophocleum (Inc. Trag. 78) ex alio quidem sed simillimo loco desumptum esse apparet. Cf. Hesych. ἀλύβας (sic)· ὄρος παρὰ Σοφοκλεῖ. Ἢ πόλις. Οἱ δὲ λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Τροίᾳ. Brunckio eo nomine Sophocles appellasse videtur inferorum paludem aut fluvium. Res est obscurissima.

V. 881. προστάταν] *patronum*. Cf. 411. Similiter deum ἐπίτροπον vocat Pindarus Ol. I 106.

V. 884. ὑπέροπτα — πορεύεται, i. e. ὑπερηφάνως ζῇ. Cf. O. C. 1696 οὔτοι κατάμεμπτ' ἔβητον. Ne pedestres quidem scriptores ab hoc adiectivi pro adverbio usu plane abstinent. Sic Demosthenes XIX § 314 de Aeschine dixit ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, quae tamen locutio ita spirat soccum, ut eam a Demosthene e comedia aliqua arreptam esse haud absurde suspiceris. Ib. χερσὶν ἢ λόγῳ, i. e. ἔργοις ἢ λόγοις. Inversa ratione πράγματα et γλῶσσα iunxit Eurip. Hec. 1188.

V. 890. Verba καὶ τῶν ἀσέπτων ἕρξεται dittographiam esse v. sequentis iam intellexit Reiskius, quem Bergkius secutus est. Deleto igitur hoc versu, in antistrophe, reliquis abiectis, ex eiusdem Bergkii coniectura scribendum erat: Ζεῦ [πάντ' ἀνάσσων] μὴ λάθοι σὲ τάν τ' ἐς [ἀν ἀθάνατον] αἰὲν ἀρχάν. Cf. Eur. Med. 322, Soph. Ai. 1147. Quam rationem ut et leniorem et aptiorem praetuli Nauckianae: μὴ λάθοι τὰν σὰν ἐς αἰὲν ἀρχάν, licet fatendum sit ita metrum accuratissime respondere v. 891. Non tamen credo in hoc iambico metri genere in sede tertia male iambum opponi spondeo versus antithetici.

V. 891. ἕξεται ματᾴζων, i. e. ψαύσει ματαίαις χερσίν, ut poeta alio sensu locutus est Trach. 565.

V. 892. θεῶν βέλη pro θύμῳ βέλη longe est me iudice probabilius quam θυμῶν βέλη, quod e Schneidewini coniectura edidit Nauckius, aut θυμοῦ βέλη, quod ex apographis receperunt alii. Deinde ἕρξεται, quod mutarunt in εὔξεται, bene abiecisse videtur Hermannus ut male repetitum e praegressis, quo facto nulla erit lacuna statuenda v. 906. Emendatam a se lectionem sic interpretatur Hermannus: *quis amplius huiusmodi cum factis satis vir est, ut deorum tela a vita sua arceat.* Fortasse tamen

melius scribetur: τίς — ἀνὴρ — ἀμύνῃ; Coniunctivo dubitativo: *quis* — *arceat*? Ad sententiam compara Aesch. Ag. 367 sqq.

V. 896. τί δεῖ με χορεύειν. Nec metrum bene habet nec sententia ita comparata est, ut omni dubio vacet. Requiritur aliquid in eum sensum, quo Nauckius coniecit: ποῖ δεῖ μ' ἔτι λεύσσειν.

V. 902. χειρόδεικτα, i. e. *manifesta*, formatum a Sophocle ut δακτυλόδεικτος ab Aeschylo in Ag. 1292.

V. 903. εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις. Praeter Agam. 160 et Hor. Sat. II 6. 20, quos locos apte conferunt, vide Hor. Carm. Sec. 15 et Plat. Phileb. p. 12 c.

V. 906. Ante Λαΐου Schneidewinus, quem sequitur Dindorfius, inseruit πυθόχρηστα, melius sane quam Heimsoethius, qui K. S. p. 184 scribendum putat Λαΐου παλαιγενῆ. Nempe παλαιά, quod in quibusdam legitur apographis, non, ut ipse putat, illius vocabuli sed participii φθίνοντα interpretamentum esse luculenter apparet ex hac scholiastae adnotatione: φθίνοντα γάρ] ἀντὶ τοῦ παλαιά, παρεληλυθότα κτέ. Ut autem supra iam dixi, strophicum versum interpolatum esse longe est veri similius.

V. 909. τιμαῖς ἐμφανής, i. e. φανερός ἐστι τιμώμενος, pro τιμᾶται.

V. 910. ἔρρει δὲ τὰ θεῖα. Cf. Ai. 249 ἔρροι τᾶν αἰδὼς ἁπάνταν τ' εὐσεβεία θνατῶν. Theogn. 1140—1142.

V. 912. Persuasit mihi Heimsoethius, cl. 919, pro ναούς scribendum esse βωμούς, affirmans allatis compluribus exemplis vocabuli βωμός in MSS. explicati per ναός, quod suprascribi soleat. Quae legantur apud ipsum K. S. p. 187.

V. 914. αἴρει θυμόν. Eur. Iph. A. 919: ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω. Suspicor φρενῶν, cl. fragm. inc. Eur. B. 49: ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω. Nota est Homerica formula ἐν φρεσὶ θυμός.

V. 915. ὁποῖα, ut οἷα supra v. 751 et 763.

V. 916. Cf. 711 sqq. Dinarchus c. Demosth. § 33 τεκμαιρόμενοι τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων. Isocr. Panegyr. § 141, εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι. Solonis erat praeceptum τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου ap. Stob. Flor. III 79. Cf. Herod. II 33. ὡς ἐγὼ συμβάλλομαι τοῖς ἐμφανέσι τὰ μὴ γινωσκόμενα τεκμαιρόμενος.

V. 917. *εἰ Φόβους λέγοι.* In apogaphis est *ἢν — λέγῃ*, quod habent editiones ante Wunderum. *Φόβους* pro *Φοβερά.* Cf. Arist. Plut. 637 *λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν*, petita procul dubio e tragoedia aliqua, fortasse Euripidea.

V. 918. *ἐς πλέον ποιῶ = proficio*, i. e. *ἐπεὶ παρηγορούσῃ οὐδὲν πλέον μοι γίγνεται.*

V. 919. Lycei Apollinis, ut *dei averrunci* opem implorat. Cf. ad v. 204. Eidem deo preces fundit Electra in homonymo dramate v. 1379 sqq., Clytemnaestra ibid. 637 sqq.

V. 920. *κάταργμασι* pro *κατεύγμασι* certa est emendatio, quam receperunt plerique editores. Ipse Wunderus conferri iussit Eur. Iph. T. 244 et Plut. Thes. c. 22.Similiter supra v. 628 *εἰκτέον* corruptum est in *ἀρκτέον.*

V. 921. *εὐαγῆ*, i. e. *καθαρτικόν*, sanissimum vocabulum in *εὐακῆ*, quod est h. l. ineptissimum, mutavit Hartungius. Potius videndum, an *εὐαγής* (sensu intransitivo = *καθαρός*) reddendum sit Aeschylo in Agam. v. 1145: *τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὔποτ' ἐκλείπει χορός | σύμφθογγος οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.* Intellegam *οὐ γὰρ εὐαγής*, nempe *ἡ στέγη.* Facile autem ΕΥΑΓΕC cum ΕΥΛΕΓΕΙ confundi potuit.

V. 923. *ὡς κυβερνητὴν νεώς* 1). Ut civitas cum nave, ita rex cum rectore a poetis comparari solet. Cf. Aesch. Sept. 2 sq., 62, 208 sqq., 652. Sophocles in Polyxenae fragm. ap. Stob. Fl. 49, 13 *πρωράτην στρατοῦ* vocat imperatorem, Agamemnonem, ut videtur. Eadem metaphora Aeschylus Pers. 656 de Dario: *ἐπεὶ στρατὸν εὖ ἐποδούχει*: nam sic scribendum, non *ἐπεδόχει*, quod pro codicis lectione *ἐποδώκει* repugnante metro poetae restituet Tan. Faberus, cl. Poll. I, 98 (cf. Bekk. Anecd. I p. 297, 5). Nam *ποδουχεῖν* formatur a *ποδοῦχος*, quod tuetur certa analogia vocabulorum *σκηπτοῦχος*, *ῥαβδοῦχος*, *δᾳδοῦχος*, similium. Sensus: *quia populum bene regebat*, non, ut explicari solet, *quia exercitum feliciter ducebat.* *Στρατὸν* a tragicis, ut a lyricis, subinde vocari populum, notum est.

V. 924. Pro *ὅπου* elegantius scriberetur *ἵνα* propter *ὅπου* v.

---

1) Hoc vocabulum me admonet loci Aeschylei Suppl. 718, ubi lege: *οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου* (an *εὐπαγοῦς*?) *νεώς | ἄγαν καλῶς κλύουσα, τοῖσιν οὐ φίλη*, i. e. clavo *nimis bene obtemperans*, quibus, i. e. *ex sententia eorum, quibus est inimica.*

926 in eadem senarii sede, quo facile aberrare potuerunt scribae oculi.

V. 925. Ad nuntii quaestionem cf. locus simillimus Electrae v. 660 sq. ξέναι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, | εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε; — Ib. εἰ κάτισθ' ὅπου. Paene constanter S. post ὅπου omisit verbum εἶναι. Cf. Aiac. 103, 890, Ant. 318, Electr. 1442. Similiter post ὅσος Aiac. 118, et post ἵνα Eur. Hec. 1008. Ceterum fieri, potest, ut haec formula (εἰ κάτισθ' ὅπου) restituenda sit Euripidi Suppl. 1047 φράζετ', εἰ κατοίδατε. Ni praeferendum ibi, quod lenius, εἰ κατείδετε, quod iam Porsonum video coniecisse. — Ὅποι pro ὅπου perperam servant editores tum aliis locis tum O. C. 383: τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ | πόνους κατοικτιοῦσιν οὐκ ἔχω μαθεῖν, si Hermannum audias, ita dictum, ut locus et regio intellegi debeat, in quam deducturi sint Oedipum dii laborum eius miserti.

V. 928. τέκνων. Hoc vocabulum male legitur O. C. 946, ubi Oedipus de se dicit: ὅτῳ γάμοι | ξυνόντες ηὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων. Verum videtur τοκέων (i. e. τῆς μητρὸς), pronuntiandum per synizesin, ut πόλεως O. C. 47, in fine versus. Ad pluralem pro singulari cf. O. R. 1007, 1012.

V. 930. παντελής ab aliis de uxoria dignitate, qua Iocasta fruebatur, ab aliis de eius fecunditate intellegitur, quia γάμος ἀτελής dicatur matrimonium sine liberis, unde non sequitur, opinor, uxorem matrem liberorum dici posse παντελῆ, ab aliis denique de ea, quae iusto connubio viri iuncta sit, cl. Poll. III 38: καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο καὶ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες et Hesychio s. v. προτέλεια. Cum his nescio an faciendum sit, ut παντελὴς δάμαρ respondeat Homerico κουριδίη ἄλοχος.

V. 936. τάχ' ἂν hodie receptum ab omnibus. Contrarium errorem sustulimus supra v. 523.

V. 938. ποίαν — ἔχει. Post Nauckium Heimsoethius K. S. p. 53 coniecit: πῶς ἂν ἔχοι. Quidni ποίαν explicari potuit a poeta per ὧδε διπλῆν? Eur. Cycl. 414: σκέψαι τόδ' οἷον Ἑλλὰς ἀμπέλων ἄπο θεῖον κομίζει πῶμα, et ita saepius Graeci.

V. 941. Ad ἐγκρατής e vs. superiore supple τῆς Ἰσθμίας; nam absolute pro ἐν κράτει = ἐν τῇ ἀρχῇ poni hoc adiectivum non solet.

V. 942. Nuntii ἦθος haud inepte comparatur cum custodis in Antigone charactere, cl. 944, 962, 1018. Ille tamen longe

artificiosius ἐκτετύπωται. Vocabulum θάνατος me admonet loci depravati Eurip. Orest. 1395 αἴλινον αἴλινον ἀρχὰν θανάτου βάρβαροι λέγουσιν κτέ. Notum est αἴλινον fuisse ἀρχὰν θράνου (i. e. θρήνου s. *naeniae*), quod poetae reddatur.

V. 943. Lectio codicis iudice Dindorfio manifesto debetur antiquioris libri defectum imperite explenti. Eidem longe probabilior, licet incerta, videtur recentioris Grammatici, quem *violata stichomythia* de vitio admonuisset, correctio, quae in apographis plerisque legatur: πῶς εἶπας, ἦ τέθνηκε Πόλυβος, γέρον; *Nunt.* εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν. ubi ὦ γέρον scribendum sit cum Bothio. Haec igitur Dindorfii sententia fuit curanti Oxoniensem editionem. Supervenit Nauckius, qui suspicatur in ed. Schneidew.: πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκε(ν Οἰδίπου πατήρ); Nunt. (τέθνηκε) Πόλυβος· εἰ δὲ μή, ἀξιῶ θανεῖν. Quae partim probans Dindorfius in ed. Teubner. de coni. sua locum sic constituit: πῶς — πατήρ; | τέθνηκεν· εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀξιῶ θανεῖν. Mihi, ut dicam quod sentio, licet Laurentiani codicis scripturam male sanam esse facile concedam, nullo modo liquet, male violatam esse h. l. stichomythiam. Etenim Iocastae laetitiae concitata ac brevior oratio perquam mihi videtur accommodata, et prorsus eodem modo in Oed. Col. v. 1583 doloris plenae chori exclamationi ὄλωλε γὰρ δύστηνος; respondetur a nuntio: ὡς λελοιπότα | κεῖνον τὸν ἀεὶ (?) βίοτον ἐξεπίστασο.

Quod autem ad Nauckii et Dindorfii coniecturas attinet, quae inserunt Οἰδίπου πατήρ, ferri eas non posse puto, quia sic interrogatus nuntius vix potuit reticere, quae postea demum v. 1061 aperit. Non obstat, quod similiter poeta locutus est v. 955 et 967, quoniam illa non dicuntur ad nuntium, qui ea non audire aut certe non animadvertere poterat censeri a spectatoribus. Melius certe scripseris: τέθνηκ' (ἄναξ Κορινθίων) vel τέθνηκεν (Ἰσθμίας ἄναξ); Minime autem dubito, quin hos vss. emendaturo fundamentum esse debeat codicis non apographorum lectio. Illo igitur nisus conieci, quod posui in textu.

V. 948. Vix quisquam monitus non sentiet, quam parum aptum sit illud ὅδε de Polybo, ubi mox de alia persona dicitur τοῦδ' ὕπο, quare valde mihi arridet Blaydesii coniectura ἰδού. Mihi venerat in mentem: καὶ νῦν, ὁρᾷς; πρὸς τῆς τύχης κτέ.

V. 951. Non sine causa in his haesit Heimsoethius coniiciens K. S. p. 281: τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο δωμάτων πάρος, cl. Eur. Iph. A. 1108 aliisque tragicorum locis. Vix enim pronomen demonstrativum sic poterit defendi, ut histrio, qui Oedipi partes agat, haec verba dici censeatur nondum egressus sed egrediens foras. Mutatione tamen propemodum nulla scribi potest: τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τόνδε δωμάτων; ut sensus sit *me, quem vides*. Ne quis necessarium arbitretur ἐμὲ — τόνδε, conferat infra v. 1323 ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεμών.

V. 959. „Quod Menandro apud Stobaeum Flor. 37, 5 licuit, „ut cum hiatu diceret εὖ ἴσθ' ἀκριβῶς, non licuit etiam Sophocli, „qui scripsit sine dubio ἔξισθ' ἐκεῖνον. Ne semel quidem apud „Soph. neque apud ceteros tragicos legitur εὖ οἶδα (nempe „nullo vocabulo interposito v. H.) sed constanter ἔξοιδα neque „εὖ εἰδὼς sed ἐξειδώς. Video iam haesisse Porsonum, iusto „tamen violentius corrigentem σάφ' ἴσθι, quod etiam propter „σάφα v. 958 ferri non potest. "MEINEKIUS A. S. p. 240. Cf. DOBR. Adv. II p. 53. Notandum autem verbum ἐξειδέναι apud Sophoclem saepissime inchoare sententiam. Cf. Philoch. 407' 1037. O. C. 270, 567, 1175, 1588, in nostra tragedia v. 105, alibi. Ad hiatum quod attinet, permisit sibi eum S. in formula ὦ οὗτος. Cf. Aiac. 986 et O. C. 1627. — Ib. θανάσιμον βεβηκότα. Cf. supra v. 823. Βέβηκα saepius a tragicis ponitur pro οἴχομαι.

V. 961 δόλοισιν. Meinekius A. S. p. 240 coniecit φόνοισιν, in quam coniecturam et ipse incideram. Nescio tamen an non sit necessaria ea correctio, quia idem sic dici potuit a poeta πότερον δολοφονηθεὶς (quod proprium de tyrannis verbum est) ἢ νόσῳ ἀπέθανεν; Certius arbitror δόλοισι nostro reddendum esse Phil. 55 τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ | ψυχὴν ὅπως λόγοισιν, ἐκκλέψεις λέγων. Corrigatur δόλοισιν, et fortasse λόγων. Cf. 102, 107. Eodem modo curanda verba Euripidea Hipp. 670 τίνας νῦν τέχνας ἔχομεν ἢ λόγους σφαλεῖσαι κάθαμμα λύειν λόγου; Duplicem ob causam necessarium est ἢ δόλους. Idem poeta Helen. v. 815 dedisse videtur ὠνητὸς ἢ τολμητὸς ἢ δόλων ὕπο, non λόγων ὕπο, ut habent codd., et vehementer dubito an Ion. v. 1406 ab eo profecta sit lectio ῥυσιάζομαι λόγῳ, ubi item δόλῳ expectes. Cf. 1410. Contra ib. v. 1481 pro δόλια κοὐ σαφῆ verius videtur σκόλια κτέ.

V. 693 *μακρῷ — χρόνῳ*. Substantivum *χρόνος* de *aetate*, praesertim de *senectute*, dictum tragicis est in deliciis. Cf. O. C. 7, 112, 374, 930. Antig. 681, 729. Hartungius more suo locum sanissimum corrumpens pro *συμμετρούμενος* rescripsit *συμμαραίνεται*, ne intellecto quidem participium esse omnino necessarium.

V. 965. *τοὺς ἄνω κλάζοντας ὄρνις*. In simili loco Eurip. Hel. 744 *πτερωτῶν φθέγματα* dixit, sed imprimis conferenda, quae Theseus dicit in Hippolyto v. 1058: *τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω*.

V. 967. Huius versus, in quo novem breves syllabae concurrunt, similes apud Sophoclem reperiuntur perpauci.

V. 968. Haud probanda videtur coniectura Dindorfii, quam is recepit in ed. Teubneriana: *κεύθει κάτωθεν γῆς*, in qua lectione *κάτωθεν* pro *κάτω* positum non potest defendi neque Antigonae loco v. 1070, neque Philocteti v. 28. Longe, ut mihi quidem videtur, probabilius Nauckius scribendum proposuit *κεύθει κάτω γῆς, Οἰδίπους δ' ὅδ' κτέ.*, ut *ἐγώ* sit nominis proprii interpretamentum. Obstat tamen, quod ita propter proxime sequens *κατέφθιτο*, referendum ad *πατέρα τὸν ἐμόν*, non ad proximum subiectum Oedipum, oratio fit subobscura. Optimum igitur visum est sequi Cobetum N. L. p. 187 suspicantem *κάτω κέκευθε γῆς*, licet ne ea quidem certa sit coniectura. Servato enim *κεύθει* (cf. Aiac. 635), fieri potest, ut poeta scripserit: *ἔνερθε κεύθει γῆς κτέ.*, ut *κάτω* sit rarioris vocabuli interpretamentum. Cf. Aesch. Pers. 218, 225, Prom. 498, Cho. 122, Eum. 264.

V. 969. *ἄψαυστος ἔγχους* active, ut *ἐνὸς ἄθικτος* Eur. Hipp. 1002, Aesch. Eum. 674, cf. O. C. 1521. *Ἔγχος* h. l., ut saepius ap. Sophoclem et Euripidem, miro abusu pro *ξίφος* positum.

V. 971. *γέροντα* pro *παρόντα* [1]) egregia est Heimsoethii emendatio proposita in K. S. p. 330, quam perite expiscatus est e scholiastae interpretatione *παλαιά*, cl. Choeph. v. 805 *γέρων φόνος*, ubi Mediceus pro scholio adscriptum habeat *παλαιὸς φόνος*. (Adde Agam. 750 *γέρων — λόγος* et Choeph. 314 *τριγέρων μῦθος*). Ex utraque lectione, una alteri superscripta ($\genfrac{}{}{0pt}{}{\pi\alpha\lambda\alpha\iota\grave{\alpha}}{\gamma\acute{\epsilon}\rho o\nu\tau\alpha}$), *παρόντα* prognatum esse sagaciter perspexit. Iuvabit insuper comparrasse

---

1) Forma *παροῦσι* sine sensu legitur ap. Theogn. 1133 (Bergk. ed III Lyr.). Corrigo: *Κύρν', ἐπαροῦσι φίλοισι κακοῦ καταπαύσομεν ἀρχήν, κτέ.*

Pindari locum Olymp. II. 70 sqq. *ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λᾷον μόριμος υἱὸς συναντόμενος, ἐν δὲ Πυθῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέλεσσεν*. Ad usum participii *συλλαβών* cf. O. C. 1383 sq.: *σὺ δ' ἔρρε — τάσδε συλλαβὼν ἀράς κτέ*. *Secum auferre* in ea re Latinum est. Cic. de Fin. II 32: in quo ille rex Assyriae gloriatur, se omnes secum voluptates abstulisse.

V. 975. *ἐς θυμὸν βάλῃς*, i. e. *ἐνθυμηθῇς*. Aesch. Prom. 788 *τοὺς ἐμοὺς λόγους θυμῷ βάλ'*. Herod. VII 51 *ἐς θυμὸν βαλεῦ τὸ παλαιὸν ἔπος*. Cf. I 84, VIII 68. Notae sunt formulae Homericae *ἐν θυμῷ βάλλειν*, et *ἐν θυμῷ* s. *ἐν φρεσὶ βάλλεσθαι*.

V. 976. Novum exemplum hic versus praebet cacozeliae grammaticorum, qua *τῆς σαφηνείας χάριν* poetarum locos *construebant*. Quod enim olim procul dubio scriptum fuerat, *λέχος τὸ μητρός*, quamvis vetante metro, mutarunt in *τὸ μητρὸς λέχος*, quod servat codex. Postea supervenit corrector, qui metrum aliud requirere intellegens, non perspecta vitii origine, *λέχος* mutavit in *λέκτρον*, quod legitur in apographis, indeque ab editoribus plerisque omnibus receptum est. Solus Dindorfius in Teubner. de coniectura sua restituit: *καὶ πῶς τὸ μητρὸς οὐκ ὀκνεῖν λέχος με δεῖ*; et potuit sane poeta ita scribere; veri tamen similiorem puto eam rationem, quam ipse secutus sum, nec vereor ne quis illi praeferat, quod in Philologo a. 1861 proposuit M. Schmidtius: *τὸ μητρὸς αἶσχος*.

V. 977, sq. „Haec quum non de solo Oedipo, sed de toto „humano genere intelligenda sint, clarius patescet sententia, si „priore versu pro *ᾧ* scripseris *οἷς*". Menekius A. S. p. 241. Ipse suspicabar *ὡς*, sed *οἷς* videtur elegantius. Cf. Porsoni adnot. ad Eur. Or. 908. — Ib. *τὰ τῆς τύχης* nota periphrasis pro *ἡ τύχη*, quod male de *fortuna secunda* accepit scholiasta, quem refellit tum dicendi usus tum oppositum *πρόνοια*. Ad sententiam compara notum versiculum *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία* et Eur. Hec. 491 *τύχην δὲ πάντα τὰν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν*, nec minus Solonis dictum apud Herod. I 32: *οὕτω, ὦ Κροῖσε, πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή*. Cf. ib. VII 49. Tandem Diagorae fragm. ap. Philodemum *περὶ εὐσεβείας* ed. Gompertz p. 85: *κατὰ δαίμονα καὶ τύχαν τὰ πάντα βροτοῖσι*. Eadem animi levitate, quam hic prodit Iocaste, in Alcesti Euripidea v. 780 sqq. semipotus Hercules famu-

lum Admeti docet eam doctrinam, quam apud Graecos deinde Aristippi discipuli et dudum post Epicuraei apudque Judaeos Saducaei professi sunt, cuius summa continetur his versiculis: εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν | βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. Cf. fragm. inc. trag. (fortasse Euripidis) ap. Athen. VIII p. 336 B, H. F. 504 sqq., Cyclop. 336 sqq. et Sardanapali quod fertur epitaphium ap. Strab. XIV p. 919. Cf. Arr. Anab. II 5 § 4 et Phoenix Colophonius ap. Ath. XII 530 F. Adde Bacchidae versum ap. Athen. VIII p. 340.

V. 980. εἰς — φοβοῦ. In his, quod φοβεῖσθαι εἰς τι Graecum non sit, haud iniuria haesisse mihi videtur Heimsoethius K. S. p. 226, vulgatam scripturam non defendi Trachiniarum loco 1211 bene animadvertens. Quod tamen coniecit σκόπει genuinum esse, φοβοῦ interpretamentum, id mihi quidem non persuadet. Vide num potius scribendum sit: σὺ δ' οὖν τὰ μητρὸς κτέ. Neque an hic vs. genuinus sit, dubitare debebat idem vir doctus. Nam deleri omnino nequit, nisi simul expungatur v. praegressus: εἰκῇ — τις, quod facere in animum inducet nemo. Expuncto enim v. 980, v. 981 sq. causam continebunt, cur vitam temere transigere praestet; quod absurdum.

V. 982. μητρὶ, praecedente plurali numero πολλοί. Iam Homerus Od. β 276: παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· | οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. Quod non monerem, nisi scirem esse, qui de reponendo μήτρασι συνηυνάσθησαν serio cogitarint.

V. 987. ὀφθαλμός. Vide Blomfieldum in gloss. ad Aesch. Pers. 173.

V. 993. Non video, quidni acquiescamus in evidenti Brunckii emendatione οὐχὶ pro οὐ reponentis. Quod enim edidit Wunderus θεμιστόν non est Atticum; nec Brunckiano invento praestat, quod Heimsoethius K. S. p. 142 suspicatur: σὺ θέμις τιν' ἄλλον, aut quod Meinekius An. Soph. p. 241: σὺ θέμις τόδ' ἄλλον. Adiectivum θέμιτον doctius est, quam quod errore nasci posse videatur. Contra οὐχὶ in οὐ facile potuit mutari a librario, ignaro synizesios, ut bene animadvertit Dindorfius, similiter mox v. 1002 et alibi non raro peccatum esse monens.

V. 996. αἷμα — ἑλών. Similiter dicitur αἷμα λαβεῖν. Cf. Eur. Or. 944, 945 et αἷμα ἔχειν ib. 513.

V. 998. *ἀπῳκεῖτ'*. „Passive de Corintho dixit, quod active „de se ipso dicere poterat *ἐγὼ ἀπῴκουν μακρὰν τῆς Κορίνθου*.'' Sic Dindorfius scripsit in adnot. ad ed. Oxon., sed iam in addendis ad adn. mutavit sententiam, dicens fratrem suum Ludovicum in thesauro s. v. *ἀποικέω* scribendum esse *ἀπῴκιστ'* ostendisse. Comparat deinde tragici ignoti vss. a Stobaeo servatos Ecl. Phys. 1. 47 *δοκεῖς τὰ τῶν θεῶν ξυνετὰ νικήσειν ποτὲ καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν*. Ibi vero *ἀπῳκίσθαι* recte habere nemo mortalium dubitabit non magis quam, ut hoc utar, recte scribi in Hecubae prologo: *ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας | λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν*. Sed quid huiusce modi loci cum hoc Oedipi versu commune habeant, non optime perspicio. Nunquam enim locutio graeca: *πόλις ἀποικίζεται ἔκ* (= *ὑπὸ*) *τινος* aliud significabit quam *ducitur ab aliquo colonia in urbem*. Donec igitur certiora allata sint exempla, praestabit, opinor, lectionem codicis non posthabere apographis.

V. 999. Cf. 1375.

V. 1001. Suffectum esse suspicor in genuini, qui exciderat, locum; nam absurdissime haec repetit (cf. 996) Oedipus, quasi nuntius respexisset solum v. 994. At vero utramque oraculi partem hunc respicere satis, opinor, apparebat ex usu pluralis numeri pronominis *τάδε*. Cf. v. 997: *ὧν οὕνεχ' ἡ Κόρινθος κτέ*. Fieri autem potest, ut ne v. 1000 quidem genuinus sit.

V. 1003 sqq. Hunc locum respicit Aristoteles in Poeticis cap. XI: *Ἔστι δὲ περιπέτεια μὲν ἡ εἰς τοὐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολή, καθάπερ εἴρηται· καὶ τοῦτο δέ, ὥσπερ λέγομεν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τῷ Οἰδίποδι ἐλθὼν ὡς εὐφρανῶν τὸν Οἰδίπουν καὶ ἀπαλλάξων τοῦ πρὸς τὴν μητέρα φόβου, δηλώσας ὃς ἦν τοὐναντίον ἐποίησεν*. Ib. mox § 3: *καλλίστη δὲ ἀναγνώρισις, ὅταν ἅμα περιπέτειαι γένωνται, οἷον ἔχει ἡ ἐν τῷ Οἰδίποδι*.

V. 1004. *καὶ μὴν — γε*. Vide Hoogeveenii *Doctr. part.* p. 582 sqq. Cf. v. 290, 345, 749, 836, 987, 1005 et 1066 huius fabulae. Corruptum esse puto locum Aristophanis Lys. 589: *καὶ μήν, ὦ παγκατάρατε, | πλεῖν ἠὲ διπλοῦν αὐτὸν φέρομεν*. Vocula *ἠὲ* relicta epicis, corrige: *καὶ μὴν — πλεῖν ἤ γε διπλοῦν κτέ*. — ib. *τοῦτ'*] *διὰ τοῦτο* Schol. Locis laudatis ab Elmsleio adde Eur. Phoen. 263. Formula *ταῦτ' ἄρα* (*οὖν*), i. e. *propterea igitur*, Atticis nihil est frequentius.

V. 1007. Vocula γε, quae tanto intervallo neque ad ἀλλὰ neque ad οὔποτε trahi possit, sine vi posita nec aliud nisi metri fulcrum esse videtur. Praeterea valde dubito an recte ὁμοῦ — ἰένκι Graece iungi possit. Hinc suspicor poetae manum fuisse hanc: ἀλλ' οὔποτ' εἶμι τοῖς φυτεύσασιν πέλας, cl. v. 782 θατέρᾳ δ' ἰὼν πέλας μητρὸς πατρός τε, ut ὁμοῦ, quod hodie textum occupat, sit illius adverbii interpretamentum. Πέλας autem optime iungitur cum Dativo casu. Cf. Aiac. 774, Aesch. Suppl. 207, Phoen. 845 (in vicinia v. 853 obiter corrigatur δεῦρ' εἰσκομισθεὶς pro ἐκκομισθεὶς), Suppl. 1021, Iph. A. 912, Iph. T. 460. Similiter Hermannus Oed. Col. 502 pro ὑφηγητοῦ δ' ἄνευ (γ' ἄνευ apographa) bene reposuit ὑφηγητοῦ δίχα.

V. 1019. Durum est haec verba cum Nauckio sic interpretari: τῷ μηδενὶ ὄντι κατά γε τὸ φῦσαι ἐμέ. Nescio igitur an potius scribendum sit τῷ μή; (φύσαντι sc.) λέγε. ΜΗΔΕΝΙ et ΜΗΛΕΓΕ facile potuerunt confundi. Posui autem λέγε in fine senarii ut O. C. 1415, 1517, Aesch. Eum. 575. Vulgata autem lectio vel propterea suspecta est, quod τὸ μηδὲν et ὁ μηδεὶς poni solet in conviciis (Cf. O. C. 918, Ai. 754, 1254), neque ulla causa erat, cur Oedipus nuntium contumeliose tractaret.

V. 1023. μ' ἔχων pro μέγα probabiliter Meinekius coniecit A. S. p. 241, nam ἔχων Graece haud raro ponitur eodem sensu quo εἰληφώς. Quod autem idem suspicatur μ' ἑλὼν pro με λαβὼν Graece dici nequit, nec valde mihi arridet tertia eiusdem coniectura: κᾆθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ὄντ' ἔστερξέ με.

V. 1025 τεκὼν (quod depravatum esse evincit vs. 1021) a Bothio mutatum fuerat in τυχών, idque hodie receptum est ab omnibus. Longe autem praestat κιχών, quod coniicere occupavit Heimsoethius p. 29 K. S., cuique optime respondet sequens εὑρών, cuius participii plane eadem est significandi potestas. Similiter v. 1039 pro τυχὼν reposui κιχών. Perpetua autem est in MSS. confusio verborum τυγχάνειν, λαγχάνειν, λαμβάνειν et κιγχάνειν. Sic v. c. Philoct. 509: οἴκτειρ' ἄναξ· πολλῶν ἔλεξεν δυσοίστων πόνων ἆθλ' ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων verum videtur λάχοι. Eur. Hel. 434 vide an corrigendum sit: ἐκ δὲ μὴ 'χόντων βίον, οὐδ' εἰ θέλοιεν ὠφελεῖν, κίχοιμεν (pro ἔχοιμεν) ἄν.

V. 1026. Cf. Eur. Phoen. 24: λειμῶν' ἐς Ἥρας καὶ Κιθαιρῶνος λέπας. Apud eundem Πολύβου νιν (Oedipum) λαβόντες ἱππο-

βουκόλοι | φέρουσ' ἐς οἴκους ἐς τε δεσποίνης χέρας | ἔθηκαν· ἡ δὲ — πόσιν πείθει τεκεῖν.

V. 1028. Ποιμνίοις ἐπεστάτουν. Cf. Eurip. Antiopae fr. 25 ap. Plat. Gorg. p. 486 b. σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν, ubi idem verbum regit genetivum.

V. 1030. Hermanni coniecturam σοῦ τ' pro σοῦ γ' apographi Γ lectioni σοῦ δ' ideo praetuli, quod ex hac sequeretur pastorem significare, Oedipi verbis ποιμὴν — πλάνης; inesse sibi videri contemptum humilis suae conditionis. Id vero procul dubio alienum fuit a poetae mente.

V. 1031. ἐν κακοῖς legitur in apographis e coniectura, quam, ut videtur Dindorfio, corrector fecit ex annotatione scholiastae: ἀναπυνθάνεται ὁ Οἰδίπους ὅτι ἐν ποίῳ ἄρα κακῷ ὄντα κατὰ τὴν ἔκθεσιν, ἵνα ἐκεῖνος εἴπῃ τὸ περὶ τῶν ποδῶν, ὅπερ ἐπιγινώσκει ἡ Ἰοκάστη. Utut est, eam coniecturam pessimam esse nihil attinet affirmare. Ad codicis igitur lectionem ἐν καιροῖς recte redierunt critici. Eo fundamento nixi Meinekius Dindorfiusque et post utrumque Heimsoethius (K. S. p. 42) suspicati sunt ἐν νάπαις, longe hercle probabilius quam Bergkius, qui socco quam cothurno dignius ἐν χύτραις scribendum proposuit. Vide Ar. Ran. 1190, Thesm. 505 et schol. ad Vesp. 289. Mihi nunc ἔνθα φῄς, i. e. ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς, verum videtur. Aliquando suspicabar ἐγκυρῶν i. e. *in me incidens*. Eur. Hel. 1217 ναῦταί σφ' ἀνείλονθ' (Cob. pro ἀνεῖλον) ἐντυχόντες, ὡς λέγει.

V. 1034 sqq. Cf. Phoen. 26 sqq.

V. 1036. Ar. Ran. 1192 εἶθ' ὡς Πόλυβον ἤρρησεν οἰδῶν τὼ πόδε.

V. 1037. Bene Heimsoethius K. S. p. 260 intellexit vocabula πρὸς μητρὸς ἢ πατρὸς neque ab ὠνομάσθης (v. 1036) pendere posse neque a διατόρους (v. 1034). Quod vero coniecit: τοῦ δ' ἐρρίφην, πρὸς μητρὸς κτέ. et aliam ob causam ferri non potest, et propterea quod hoc scire parum, opinor, Oedipi intererat, uter parentum ipsum exposuisset. Idem obverti potest suspicioni, in quam facile quis inciderit, deletis vss. 1035 sq. ut aliena manu additis, iungendum esse διατόρους — πρὸς μητρὸς ἢ πατρός; quemadmadum Soph. Trach. 676 dixit διάβορον πρὸς οὐδενός. Exspectaveris potius Oedipum, auditis quae audiverat, exclamare: ὦ πρὸς θεῶν, τίς εἰμι κἀκ τίνων; φράσον, et

ita a poeta scribi potuit, si sumamus, quod saepe factum est, veterem lacunam imperite τοῖς τυχοῦσιν ὀνόμασιν a scribis expletam esse. Fortasse tamen erunt qui post v. 1036 lacunam statuere malint duorum versuum, quibus Oedipus, quinam parentes essent, quaesiverit, nuntius rem aperire nolens per ambages responderit. Cui acrius instans Oedipus: *o per deos per matrem vel patrem tuum te oro, rem mihi explica.* Cf. Iph. A. 909, 1233, I. T. 1071. Ita deleto signo interrogandi scribendum: ὦ πρὸς θεῶν πρὸς μητρὸς ἢ πατρός, φράσον. Minus tamen mihi quidem ea ratio probatur.

V. 1050. ὡς ὁ καιρὸς ηὑρῆσθαι τάδε. Haec formula non ita infrequens nescio quomodo nuper fefellit virum linguae Graecae peritissimum, Meinekium dico in egregio libello, qui inscribitur *Vindiciae Aristophaneae,* frustra tentantem sanissimum locum Pluti: ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς κτέ. Non meminerat vir eruditissimus ipsum comicum in Thesm. v. 660, scripsisse: ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι. Cf. Aesch. Choeph. v. 710. Optime igitur articulus huic formulae additur, optime idem omittitur cf. v. c. Electr. 22: ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

V. 1053. ἐμάτευες. Euripides utitur utraque forma ματεύειν et μαστεύειν, sed hac tantum, ubi metro requiritur. Apud Sophoclem et Aeschylum non nisi illa reperitur. Cf. Hermann. ad Aesch. Ag. 1058. Reddendum autem hoc verbum cum Cobeto suspicor Euripidi Helen. 1022 αὐτοὶ μὲν οὖν τιν' ἔξοδόν γ' εὑρίσκετε, ubi doceri velim, quam vim habeat particula γε. Εὑρίσκετε fortasse est interpretamentum verbi ματεύετε.

V. 1054 sq. „Quaerit Oedipus, num Iocaste et illum nove-„rit de quo v. 859 dictum erat et eum de quo chorus modo „dixerat, ita ut dicere posset utrum unus idemque an duo „homines sint." Dind. Parum est, me iudice, verisimile, poetam fecisse Oedipum, qua erat veri sciendi cupiditate, eiusmodi utentem ambagabus. Quidni statim fecit quaerentem, idemne esset an alius? Locus igitur non videtur integer. Varie tentatus est, sed nondum repertum, quod plane conveniat. Bergkius coniecit: γύναι, νοεῖς ἐκεῖνον ὅνθ' ὃν ἀρτίως κτ.έ Spengelius: γύναι, νοεῖς εἰ κεῖνον — τόνδ' οὗτος λέγει.

Iure non ferens in tali sententiae forma τόιδε, Nauckius proposuit: γύναι, νοεῖς εἰ κεῖνον — ἀνὴρ οὗτος λέγει; Accepto a Spengelio εἰ κεῖνον, erat quum mutatione propemodum nulla scribendum putarem: γύναι, νοεῖς εἰ κεῖνον, ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθ' ἀπόνθ', οὗτος λέγει; i. e. *quippe absentem* (in agris), cll. 761 sq. Caesura non obstat. Cf. v. 1074, 1076. At languet participium ἀπόντα inutiliter additum, neque verbo νοεῖν in huiusmodi sententia locus esse videtur. Iam igitur vide an scribendum sit: γύναι, τί φῄς ἐκεῖνον, ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθα; τόνδ' οὗτος λέγει; Veteri literatura ΤΙΦΕΙΣ et ΝΟΕΙΣ facile confunduntur.

V. 1056. Quid movit Dindorfium, ut, postquam in ed. Ox. recte e codice edidit τί δ' ὅντιν' εἶπε, in Teubn. reciperet rursus τίς δ' ὅντιν' εἶπε, quam lectionem idoneo sensu carere manifestum est? Τί verum esse clamant ipsa sequentia μηδὲν ἐντραπῇς. Cf. Aesch. Prom. 766.

V. 1063. — τρίδουλος. Neminem poenitebit consuluisse Bekkerum, Homerische Blätter p. 287 sq.

V. 1066. τὰ λῷστα s. τὰ βέλτιστα λέγειν dicuntur, qui optimum alicui dant consilium. Notum est illud Aristophanis in Pluto: ἢν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ, δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ, μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.

V. 1069. ἄξει. Futurum pro Imperativo, ut saepius. Hinc corrigas Eur. Or. v. 1607 *Men.* ἄπαιρε θυγατρὸς φάσγανον. *Or.* ψευδὴς ἔφυς. Responsum sensu carebit, donec rescripseris: ἀπαρεῖς θυγατρὸς φάσγανον.

V. 1070. πλουσίῳ — γένει. Admonet me hoc vocabulum loci Thucyd. II 37, qui in hunc modum corrigendus: χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τισὶν (pro τινὶ) ἢ μιμούμενοι ἑτέρους καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους [ἀλλ' ἐς πλείονας] οἰκεῖν δημοκρατία κκλεῖται, μέτεστι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ γένους (pro μέρους) τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται, οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται.

V. 1077. βουλήσομαι. Frequens Graecis huius Futuri usus. Cf. Ai. 681, O. C. 1289, Eur. Med. 259.

V. 1080. *παῖδα τῆς τύχης.* Locis, quibus interpretes haec verba illustrant, addatur O. C. 1323, ubi Polynices de se ipso dicit: *τοῦ κακοῦ πότμου φυτευθείς.* *Fortunae filium* (Horat.) pro verbiali locutione *gallinae filium albae* vocavit Juvenalis XIII 141. Scurriliter Gelasimus parasitus ap. Plautum in Sticho v. 155 sq.: *Famem ego fuisse suspicor matrem mihi: nam postquam natus sum, satur numquam fui.* cett.

V. 1081. *τῆς εὖ διδούσης* i. e. *propitiae.* Cf. O. C. 642, Eur. Or. 666, Andr. 751, Iph. A. 390, Alc. 1003. sq.: *αὕτα ποτε προὔθανε τἀνδρὸς, | νῦν δ' ἐστι μάκαιρα δαίμων· | χαῖρ'. ὦ πότνι', εὖ δὲ δοίης.* Nempe haec est precandi formula *δοίης τἀγαθά*, quemadmodum homines dicuntur *αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθά.*

V. 1082. *συγγενεῖς μῆνες.* O. C. 7: *ὁ χρόνος ξυνὼν μακρός.* Dind. Similiter interpretatur Hermannus, aliter Erfurdtius, *menses* (i. e. tempus, cuius pariter ac fortunae beneficio factum esse putet Oed., ut ad summum eveheretur felicitatis fastigium) dici ratus *cognatos* ab Oedipo. Erfurdtii explicatio propter praegressam vocem *μητρός* probanda videtur, nec tamen assequor, quid sibi velint verba: *με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν*, de quorum sententia quae interpretes commenti sunt non sunt unius assis. Quicquid autem horum versuum auctor voluit, non assecutus est, ut obscuros et ineptos suos versiculos mihi quidem pro Sophocleis venditaverit. Quam vero insulse, postquam *filium* se *Fortunae* pulcherrime Sophocles dixerat, impostor hoc eo demonstrat scilicet, quod *ea matre sit natus;* quamque absurde tempus vocatur *μῆνες* (quidni dies, aut horae?) hique appellantur Oedipi consanguinei! Etiam de duobus sqq. versiculis subdubito, an genuini sint, sed in his quidem res manifesta est.

V. 1084 sq. reliqui codicis scripturam, etsi de eius integritate iure dubitatum est. Leniter quidem Doederlinus coniecit *ἄλλοσ'*, ut sensus sit: *non amplius de ulla alia re unquam cogitabo, quam ut originem meam explorem.* Nihilominus non praestiterim hanc sententiam satis defendi loco, quem ipse D. attulit, Eur. Iph. T. 718 *ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε.* Multo tamen minus placet, quae alii de hoc loco commenti sunt. Dindorfius in Teubn. de sua coni. dedit: *οὐκ ἂν ἐξέλθοιν ποτὲ | ἀλλοῖος.* Bergkius coniecit: *ἄλλος ποθ'* vel *ἔτ' ἂν ποτ' ἄλλος.* Mihi venit

in mentem, an forte Soph. (simodo sunt hi vss. Sophoclei) eadem ironia, quae saepius in hac fabula observata est, scriptum reliquerit: τοιόσδε δ' ἐκφύς, οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι ὧδ' ἀλαός, ὥστε μὴ 'κμαθεῖν τοὐμὸν γένος, ut simul respiciatur a poeta ea *coecitas*, quae secuta est anagnorisin. Eandem Kaysero mentem fuisse puto, quum coniiceret ποτ' ἀλαός, sed encliticum ποτὲ versum ordiri prorsus nequit. Quantillum vero ΑΛΑΟC ab ΑΛΛΟC differat, cadit in oculos.

V. 1086 sqq. Etsi ego, non minus quam proximi editores persuasissimum habeo misere titubatum esse in hoc carmine a scribis, malui tamen retinere scripturas codicis quam admittere eas coniecturas, quae nullam habeant probabilitatem. In harum numero est v. c. quod v. 1090 Dindorfius pro οὐκ ἔσει τὰν αὔριον de suo reposuit οὐκέτι τὰν ἑτέραν; qua coniectura ne tollitur quidem difficultas quae est in πανσέληνον, quod ipsum vocabulum potius corruptelae originem debere videtur. Recte praeterea in πατριώταν haesisse videtur Hartungius, sollerter inde eliciens πατέρ' ᾠδάν. Fortasse non neglegendum, ea ipsa duo vocabula, quae interpreti plurimum facessunt negotii, πανσέληνον et πατριώταν, prorsus non tangi a scholiasta in interpretatione sua. Fieri ergo potest, ut ea non legerit. Nihil tamen excogitavi, quod satis probabile esse videatur, ut cum lectore communicem. Negationem ante ἔσει sine ulla necessitate deletam vult Heimsoethius p. 244 K. S. Non melius alios ex apographis rescribere ἄπειρος pro ἀπείρων docet laudata a Dindorfio Hesychii glossa: ἀπείρονας· ἀπειράτους. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. De suo Hartungius edidit: μὰ (pessime pro οὐ, cf. v. antithet.) τὸν Ὄλυμπον ἄπειρον. Quae memorasse sufficiat.

V. 1095. ἐπίηρα φέροντα, i. e. χαριζόμενον. Nota locutio Homerica, quae apud tragicos praeterquam hoc loco non legitur.

V. 1099. κορᾶν pro ἄρα satis probabiliter coniecit post Blaydesium Heimsoethius K. S. p. 244, quia τᾶν μακραιώνων non addito substantivo ambiguum dicaturne de deabus an (quae hic procul dubio significantur) de nymphis. Sed parum mihi quidem placent, quae audacissime novat in sqq. sic scribens: Πανὸς ὀρεσσιβάτα (που) προσπελασθεῖσα (κοίταις) εἴτε καὶ (pro ἤ σέγε θυγατὴρ videlicet) Λοξίου, in quibus που Hermanni est, male receptum a multis. Etenim Lachmannus certa paene

coniectura ex προσπελασθεῖσ' elicuit, ne una quidem mutata litera, (nam ΠΡΟC compendium vocis πατρός esse οὐδὲ ὗς ἀγνοεῖ) πατρὸς πελασθεῖσ', quod bene receptum est a Bergkio et a Nauckio, quos sequi non dubitavi. Non minus violenter quam Heimsoethius locum mutavit Dindorfius edens: τίς σε — ἄρα; | Νύμφα ὀρεσσιβάτᾳ που | Πανὶ πλαθεῖσ', ἢ σύ γε καὶ γενέτας | Λοξίου; κτέ. Vix autem memoria digna est Hartungii suspicio: ἤ σέγε οὔρειος κόρα Λοξίου. His igitur omnibus praestare mihi videtur Arndtii coniectura: ἤ σέγ' εὐνάτειρά τις; quam, etsi incertam, quia et lenis est et sensui accommodata, recepi. Cf. Eur. Ion. 515 sqq., Aesch. Prom. 895. 'Ανήκεστα huiuscemodi vulnera sunt, eaque curantes haud raro κακὸν κακῷ ἰώμεθα.

V. 1100. ὀρεσσιβάτα (cf Hom. Hymn. XIX 1) formatum ut ὀρεσσίγονος, — νόμος, — τροφος, alia, pro usitatiore ὀρειβάτης, cf. Phil. 943, O. C. 1057. Similiter ab Euripide I. T. 1126 Pan vocatur οὔρειος. Eius cum Nymphis consuetudinem idem poeta tangit Hel. 191, Bacch. 951.

V. 1109. συμπαίζει. Locis, quibus interpretes huius verbi usum illustrant, adde Hom. Od. ζ 106 et Arist. Ran. 410.

V. 1111. σταθμᾶσθαι, i. e. τεκμαίρεσθαι, στοχάζεσθαι, εἰκάζειν, συμβάλλειν. Hic verbi usus proprius est Ionibus. Cf. Herod. II 2, 150; III 15; IV 58; VII 10, 11, 130, 214, 237; IX 37.

V. 1114. ἄλλως τε *praeterea*, ut recte interpretatur Wunderus. Eurip. Ion. 613 ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτείρω, πάτερ. Iniuria Nauckius de sua coniectura edidit δμῶάς τε. Per ἄλλως significatur, maiorem huic argumento vim tribui ab Oedipo quam priori. Quem enim servi eo ipso consilio missi adducebant, de eo, quin pastor esset, dubitari omnino non poterat. Rectissime vero idem vir doctus expunxit interpretamentum ὥσπερ, post ἄγοντας participium ὄντας excidisse sagaciter suspicatus. Hoc igitur ego restitui.

Similiter participium ὄντα cum Reiskio restituendum videtur nostro in Aiace v. 1070: καίτοι κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς [ἄνδρα] δημότην μηδὲν δικαιοῦν τῶν ἐφεστώτων κλύειν. Haud dubie verum est: ὄντα δημότην κτέ., licet obloquatur novissimus editor Seyffertus, qui rhetoricae nescio cuius figurae amore immigrare maluit in certam legem grammaticam. Eadem medicina adhibita sana

exeunt, quae leguntur Ar. Plut. v. 258 ὡς εἰκός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας [ἄνδρας] ἤδη. Scripserat enim poeta: γέροντας ὄντας ἤδη. Optime editur Ach. v. 222: μὴ γὰρ ἐγχάνῃ ποτὲ μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας, ubi, quod ὄντας absit a cod. Ravennate, insana coniectura Fritzschius ἄνδρας substituendum suspicatus est.

V. 1113. τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος] τῷ Κορινθίῳ ὁμῆλιξ. [καὶ ἴσος ἐστι κατὰ τὴν ἡλικίαν] Schol. Liberandum vetustum scholium importuno recentiorum interpretamento.

V. 1115 ἐπιστήμῃ. Opponitur δοκῶ v. 1111. Similis inter δοκεῖν et φρονεῖν oppositio est Aiac. 942.

V. 1117 ἔγνωκα γὰρ κτέ. Hartungius de coniectura edidit ἐγνώκαμεν. Possis etiam ἔγνωκά νιν, sed recte iam Wunderus „referendum γάρ, ait, ad sententiam suppressam, quae haec „est: προὔχοιμ' ἄν σου τῇ ἐπιστήμῃ."

V. 1118. πιστὸς — νομεὺς ἀνήρ. Cf. Aesch. Eum. 296 θρασὺς ταγοῦχος — ἀνήρ. Sententia postulat: *erat enim Lai* (servus); *fidus, si quis alius, pastor.* Levis m. primae error ωνομευσ pro ωννομευσ male a diorthota correctus est in ωσνομευσ, i. e. *ut pastor.* Quasi aut pastores infidi esse solerent, aut parum fidei requireret eorum ministerium! Iam poenitet me retinuisse vulgatam. Ad Λαΐου γὰρ ἦν cf. 1122 Λαΐου ποτ' ἦσθα σύ; Similiter explica ap. Lysiam κατ' Ἀγοράτου § 64 verba: ἐγένετο δ' ὁ Εὐμάρης οὗτος Νικοκλέους καὶ Ἀντικλέους (nempe δοῦλος). Sine causa in his haesit Franckenius in *Commentationibus Lysiacis* p. 49 sq. Neque aliter solent Latini. Terent. Andr. II 2 v. 10 *Forte ibi huius video Byrrhiam.*

V. 1120. Ad stichomythiam compara El. 1209 sq., Trach. 417 et O. C. 46.

V. 1121. δεῦρο βλέπων, i. e. βλέπων εἰς ἐμέ, ut loquitur Aristophanes Eq. 292. Cf. Trach. 402, Eur. Med. 300, Plaut. Most. 835 *quaeso huc ad me specta*, cf. 1026. Alio sensu Ar. Nub. 323 βλέπε νυν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'. Cf. Eq. 162.

V. 1123 οἴκοι τραφείς, i. e. *verna*, qui proprio nomine Graece dicitur οἰκότριψ, cf. Dem. XIII 24, sive οἰκογενής, cf. Plat. Men. 82 b. Οἰκοτραφής Atticis ignotum esse sedulo monent Atticistae. Opponitur ὠνητός, i. e. *aere paratus* (Sall. b. Iug. 31 § 5), qui vulgo audiunt ἀργυρώνητοι. Cf. Eur. Alc. 679,

Isocr. Panath. § 123, Herod. IV 72. Diversum est Latinum *venalis*, de quo vide Heindorf. ad Hor. Sat. I 1, 47. Non sine superbia quadam (magis enim in honore fuisse vernas quam emptos notum est) pastor: *non emptus*, inquit, *servus eram*, *sed verna*.

V. 1124. μεριμνῶν, i. e. ἐσπουδακὼς περί c. A.

V. 1130. Male Hartungius: ἦ οὐ ξυναλλάξας τί πω.

V. 1131. Dindorfius in praef. ad Teubner. ed. p. XXIX „μνήμης ὕπο codex contra usum loquendi, qui μνήμης ἄπο „postulat."

V. 1134 ἦμος. Vocabula ἦμος et τῆμος proprie dici de tempore diei, ut apud Atticos ἡνίκα — τηνίκα, apparere potest ex Il. VII 433 aliisque locis Homericis. Apud Herod. IV 28 ἦμος — τηνικαῦτα, si lectio sana, sibi respondent. Κάτοιδεν ἦμος dictum ut οἶδ' ὅτε, (Eur. I. A. 337, I. T. 852) οἶδ' ἡνίκα (Tro. 70), μέμνημαι ὅτε, similia. Non tamen inde defendi posse opinor quod legitur ap. Eurip. I. T. 813: ἤκουσα χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι, quia Atrei et Thyestae dissensio, de qua ibi sermo fit, ante natam Iphigeniam locum habuerat; quare necessarium est, quod iam alii proposuerunt, οὕνεκ', i. e. ὅτι.

V. 1135. Recepta elegantissima Heimsoethii coniectura (quam proposuit K. S. p. 82) apparet, quod non apparebat, unde suspensa sint vocabula τὸν Κιθαιρῶνος τόπον. Τῷδε τἀνδρὶ ut saepissime in tragoedia positum est pro ἐμοί. Quem usum imitati sunt poetae Latini v. c. Horat. Sat. I. 9, 47. Cf. II 3, 31. Violentissime nec satis recte Hartungius: ἦμος ἀνὰ Κιθαιρῶνος νάπος — ἐπλησίαζεν. Vides, quid coniectura a coniectura differat.

V. 1137. ἐκμήνους χρόνους. Scriptores pedestres substantivum omittere solent.

V. 1138. χειμῶνα, quia legitur in codice, nimia religione retinent novissimorum editorum plerique. Antiquiores enim iam ex apographis recte ediderant, quod grammatica postulat, χειμῶνι. In huiusmodi rebus nulla omnino est codicum auctoritas, sed certa loquendi norma suprema lex esto. Dindorfius in ed. Ox., quo tueatur χειμῶνα, citat Od. λ 190 ἀλλ' ὅγε χειμῶνα μὲν εὕδει et Xen. Hell. I 4 § 1 ἐν Γορδιείῳ ὄντες τὸν χειμῶνα, quasi ullis opus sit exemplis, ut probetur χειμῶνα

significare *per hiemem*. At, nisi quis credere malit *per hiemem* pastorem greges reduxisse ad stabulas, h. l. necessarium est *hieme* non *hiemem*, itaque χειμῶνι non χειμῶνα. Quod bene intellegentes Bergkius et Hartungius illud reposuerunt.

V. 1145. ὦ τᾶν formula est vitae communis, qua nusquam usus est Aeschylus, rarissime reliqui tragici: Sophocles praeter h. l. Phil. 1387, Euripides Heracl. 322 (ni ibi scribendum ὦναξ, quia Iolaum parum videtur decere tam familiariter alloqui regem paene ignotum) et 688, et semel in fabula satyrica: Cycl. 534. A formula ὦ μέλε plane videntur abstinuisse.

V. 1154. οὐ — τις — ἀποστρέψει χέρας; Cf. Arist. Lys. 455 ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὦ Σκύθαι. Sic *retorquere* manus Latini. Idem περιάγειν τὼ χεῖρε et ὀπίσω δεῖν τὼ χεῖρε dici solet in vita communi. Χέρας δεσμοῖς ἀπευθύνοντα Aiacem Minerva dicit Ai. 71.

V. 1155. Quod vulgo scribitur προσχρῄζων ex certa lege Grammatica iungi debet cum praegresso subiecto τὶς (1155). At non servus, credo, cui ibi imperatur ab Oedipo, erat ὁ προσχρῄζων, sed ipse rex. Necessaria igitur est Blaydesii correctio προσχρῄζεις.

V. 1156. Heimsoethius K. S. p. 115 coniecit: εἰ παῖδ' ἔδωκας. Nihil opus. Immo maior h. l. vis inest quaestioni directae quam indirectae.

V. 1158 ἔνδικον· ἀληθές. *Hesychius*, indicante Brunckio. Cf. δίκαι' ἔλεξας supra v. 280. Δικαίως pro ἀληθῶς poeta dixit infra v. 1283, Aiac. 546.

V. 1160 ὡς ἔοικεν. Haec formula obliterata videtur ap. Eurip. Phoen. 129 sqq., qui locus Antigonae continuandus et corrigendus ad hoc exemplum: τίς οὗτος ὁ λευκολόφας, | πρόπαρ ὃς ἀγεῖται στρατοῦ, | πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βραχίονα κουφίζων; | λοχαγὸς, ὡς ἔοικεν· τίς, πόθεν γεγώς; | αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται; ubi vulgo inepte paedagogum respondere λοχαγός, ὦ δέσποινα, iam non latuit eximium Geelii iudicium. Cf. 145—149 et Eur. Suppl. 395. — Ib. ἐς τριβὰς ἐλᾷ. Tempusne futurum sit ἐλᾷ, ut 318, Ai. 504, 756, an praesens, h. l. ambigi possit. Hoc magis suadet sententia, illud dicendi usus: etenim solus tragicorum Euripides subinde in Imperativo usus est forma ἔλα pro ἔλαυνε: H. F. 819 et bis in Phaethontis fragm. V.

V. 1161. εἶπον — πάλαι hyperbolice dictum, ut El. 676 θανόντ' Ὀρέστην νῦν τε καὶ πάλαι λέγω (cf. 673) et alibi, praesertim in comoedia, saepissime.

V. 1165. πλέον interpretamentum esse genuinae lectionis πέρα pulchre intellexit Heimsoethius K. S. p. 187, citans O. C. 211, Philoct. 1275 et Iph. T. 542. Idem vitium e Meinekii coniectura sustulimus supra v. 445. Hesych. πέρα· πλέον.

V. 1167. E quaestione Oedipi ἤ δοῦλος ἤ κείνου τις ἐγγενὴς γεγώς satis apparet servi verba concepisse labem. Hartungius, cui insuper masculum τὶς nullo intervallo cum substantivo neutro coniunctum iure displicet, ingeniose coniecit: τῶν Λαΐου τοίνυν τινὸς γεννήματ' ἦν. De hac coniectura in Teubn. ed. praefat. sic iudicavit Dindorfius. „Mentem qui-„dem verborum Sophoclis sed non ipsa poetae verba asse-„cutus est. Neque enim verisimile est γεννήματα numero „plurali hoc loco de uno puero dixisse S., quod non defen-„ditur numeri plur. pro singulari positi exemplis, quae „Porsonus ad Eur. Or. 1051 aliique collegerunt. Itaque non „dubitandum, quin hic quoque v. ut tot alii antiquitus „vel corrupti vel defecti, interpolatoris manum sit expertus, „S. autem aliud quid scripserit, quod Oedipi quaestioni „accurate responderet, velut: τῶν Λαΐου δόμων τις ὠνομάζετο." Vellem vir egregius significasset, quid inter illa exempla numeri pluralis pro singulari usurpati et Hartungii γεννήματα interesset. Suam certe coniecturam nemini facile probabit. Ad Hartungianam quod attinet, ea potius eo nomine minus probabilis est, quod illa simul vocabulum transponitur simul duo alia mutantur. Quidni enim potius credamus solum depravatum esse illud vocabulum, quod solum interpretantibus creat molestiam? Hoc vero quod aliud est quam γεννημάτων? Quid autem aptius respondere possit Oedipi quaestioni, quam haece lectio: τῶν Λαΐου τοίνυν τις ἦν ἐκ δωμάτων? Similiter supra v. 1164 Oedipus quaesierat: τίνος πολιτῶν τῶνδε κἀκ ποίας στέγης;

V. 1172. Quid sit καλῶς λέγειν docere potest v. 616 similesque loci. Quid autem h. l. requiratur sententia, aperiet v. c. El. v. 1446 μάλιστά σοι μέλειν | οἶμαι, μάλιστα δ' ἂν κατειδυῖαν φράσαι. Idem coniecisse iam Nauckium video; nec tamen quicquam mutare sum ausus propter v. sq. μάλιστ'

ἄναξ. Ingratior enim et insuavior eiusdem vocabuli tam exiguo intervallo sine causa repetitio.

V. 1174. ὡς πρὸς τί χρείας; i. e. ἵνα τί χρήσαιο αὐτῷ;

V. 1182. Cf. v. 1011. Patefacta iam sua origine, Oedipus non potuit exclamare τὰ πάντ' ἂν ἐξήκοι σαφῆ, quod est coniicientis. Vera igitur videtur Nauckii emendatio.

V. 1183. ὦ φῶς κτέ. Ambigue: cogitat enim Oedipus vitae lucem, spectatoribus, fabulae haud ignaris, de coecitate mox insecuta cogitantibus. Cf. Schol. Similiter summus recentiorum temporum poeta in Othello act. V. sc. 2 init. ludit in vocabulo *light*, simul de candelae et de vitae luce usurpato: *Put out the light, and then — put out the light?* Alius lusus in eodem vocabulo φῶς notandus apud Aeschylum Pers. 294 sqq., ubi ad nuntii verba Ξέρξης — βλέπει φάος Atossa ἐμοῖς μέν, inquit, εἶπας δώμασιν φάος μέγα. Ceterum cf. Eur Hec. 410 sq. et 435 sq.

V. 1187. ἴσα καὶ [τὸ] μηδέν. Cf. Schol. ad h. l., Aiac. Locr. fr. ap. Stob. XCVIII, 14 et Inc. trag. fr. ib. 1.

V. 1188. Huius versus et antithetici 1197 metrum bene restituit Bergkius, eiectis articulis. In illo pro ἐκράτησας plerique editoris auctore Hermanno reposuerant ἐκράτησε, quod, me iudice, parum probabile est, quia proxime praecessit: τὸν σὸν δαίμονα τὸν σὸν ὦ τλᾶμον Οἰδιπόδα et statim sequitur: ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ sec. pers. Iam vero, restituto metro a Bergkio, unica ratio, quae Hermanni coniecturam tueri poterat, viris doctis elapsa est. Acute autem nuper Heimsoethius K. S. p. 187 observavit mire Sophoclem, postquam figurate dixisset καθ' ὑπερβολὰν τοξεύσας, derepente abiecta illa metaphora, usum esse verbo non figurato κρατεῖν, quum elegantissime adhibere potuisset verbum κυρεῖν (i. e. τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ), quod ad eandem imaginem pertineat. Cf. Aesch. Agam. 628 [1]). Coniecit igitur ἐκύρησε, in hoc uno falsus, quod fidem habuit correctiunculae Hermannianae. Debuerat enim ἐκύρησας, quod ego reposui. Ceterum cum h. l. comparetur Eur. Troad. 638: ἐγὼ δὲ τοξεύσασα — τῆς τύχης ἡμάρτανον.

V. 1200. Pro χρησμῳδόν ut aptius malebam ῥαψῳδόν. Non

1) Ibidem 1195 legendum; ἥμαρτον ἢ κυρῶ (pro θηρῶ) τι τοξότης τις ὥς;

obstare huic sententiae Ovid. Metam. VII 760 *praecipitata iacebat immemor ambagum* vates *obscura suarum* vix est qnod moneam.

V. 1201. ἀνκστάς, quod repertum ab Elmsleio orationis concinnitas, in carmine praesertim mentis metrique placidioris, imperiose postulat, cur parum poeticum visum sit Hermanno, haucquaquam intellego. Recte eam emendationem ipsius Hermanni coniecturae ἀνέστα praetulisse videtur Hartungius.

V. 1205 sqq. Hic quoque locus plurimis obnoxius est dubitationibus nec facile certa ratione sanabitur. Heimsoethius K. S. p. 316 proposuit eam rationem, quam ut ceterorum coniecturis haud paulo probabiliorem secutus sum. Dindorfius et Nauckii secuti Hermannum ediderunt: τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις | ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου et in antistrophe δικάζει τ' ἄγαμον κτέ., quae scribendi ratio mihi propterea suspecta est, quod ita iungendum ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου, quum tamen sententia clamet ἀλλαγᾷ esse dativum instrumenti, et adiectivum ξύνοικος pertinere ad πόνοις. Ita certe praetulerim: τίς ἄταις ἀγρίαισι τίς πόνοις | ξύνοικος, ἀλλαγᾷ βίου;

V. 1208. Elegantem suam coniecturam πῶς γάμου λιμὴν — θαλαμηπόλῳ πέλειν; Heimsoethius protulit K. S. p. 81, afferens Aesch. Prom. 899, ubi similiter γάμῳ abierit in μέγα, et eadem ratione dictum monens ἑταιρίας λιμήν Aiac. 683 inque apographo Vindobonensi verbo πεσεῖν superscriptum esse interpretamentum γίνεσθαι. [1]) Nec tamen memoria non digna est Bergkii coniectura: παιδὶ καὶ πατρὶ | θαλαμήπολον πεσεῖν (ἐς εὐνάν) et in antistrophico v. 1219 δύρομαι γὰρ ὡς | περίαλλ' ἰὰν χέουσ' (ἀηδών). In his quam bene ingenio Sophocleo conveniat quod excidisse suspicatur ἀηδών apparebit conferenti Trach. 965, Ai. 629, El. 107 et 1077. De reliqua coniectura sic demum recte posset iudicari, si sciretur quam vim poeta tribuerit vocabulo θαλαμήπολος. Apud Homerum sic dicitur *ea ancilla, quae in thalamo servit dominae* eodemque sensu hanc vocem usurpavit Aesch. Sept. 341. Praeterea autem apud tragicos ea vox non

---

1) In Choeph. 482 certissima mihi videtur Schützii emendatio τυχεῖν γάμων pro φυγεῖν μέγαν, quae in φυγεῖν γέλων infelici coniectura mutanda censet Heimsoethius. Documento sunt Electrae verba 486 sq., quae respondere necesse est vss. 481 sq., quemadmodum Orestis oratio 483 sqq. respondet iis, quae prius dixerat v. 479 sq.

occurrit. Apud seriores demum poetas, quales sunt Musaeus et Nonnus, ea fere ratione usurpatur, qua h. l. dictum voluit Bergkius. Loco nostro Scholiasta θαλαμηπόλῳ interpretatur νυμφίῳ, eaque explicatione fortasse erit acquiescendum. Quod attinet ad ἰαχέων Erfurdtius scripserat ἰακχίων, idque receptum est ab Hartungio, Dindorfio, aliis, interpretantibus *bacchicum clamorem*, qui quomodo huic loco conveniat videant ipsi. Mihi quidem multo videtur praestare Burgesii coniectura, cui suam superstruxit Bergkius, ἰὰν χέων. [1])

V. 1211. πατρῷαι ἄλοκες = ἄλοκες, εἰς ἃς ἔσπειρεν ὁ πατήρ σου, i. e. ἡ μητήρ σου. Notus est Eurip. locus in Phoen.: ἔσπειρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ, estque ea metaphora tragicis admodum familiaris. Cf. in hac fab. v. 1256 sq., 1405, 1485, 1497, Ant. 569, Trach. 31 sqq. et Aesch. Sept. 753. Ad eandem pertinent verba φύειν, φυτεύειν, φιτύειν, βλαστάνειν, θάλος, ἔρνος, ἄρουρα, alia.

V. 1213. ἄκονθ'. Haud satis assequor, quomodo Tempus dici possit *invitum invenisse* Oedipum, qui nihil fecerit ut celaret suam originem, imo omnem moverit lapidem, ut eam exploraret. Potius dicendum fuerat tempus deprehendisse virum *ignotum* tam sibi quam ceteris. Quocirca suspicor: ἐφηῦρέ σ' ἀγνῶθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος.

V. 1216. Metrum alius alio modo sarcire conati sunt viri docti: Schneidewinus scribendo ἰὼ Λαϊαγενὲς τέκνον, Hartungius (quod manifesto falsum est) ἰὼ Λαίου (δισυλλάβως) τέκνον, deleto Οἰδίπου in v. antithetico strophae (1207). Λαΐειον satis tuetur v. 451, quare simplicissima medela visa est, qua Hermannus inseruit ὦ, quod multorum secutus exemplum recepi.

V. 1217. εἴθε σ' εἴθε μὴ | πώποτ' εἰδόμαν bene coniecit Bothius, probante Elmsleio. Hanc emendationem nunc praefero Wunderianae, quam aliorum exemplo admisi in textum.

---

1) Admonet me haec emendatio alius loci Sophoclei, ubi hoc verbum (χεῖν) obliteratum esse suspicor, Ai. v. 320, ubi Tecmessa dicit de Aiace: πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους | τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν. Nempe dura illa locutio γόους — ἔχειν non satis defendi mihi videtur formulis, quas specie similes re diversas attulerunt interpretes. Graecum vero et poeticum est χεῖν γόους, ut h. l. ἰάν, et alibi, φωνήν, αὐδάν, θρῆνον, φθόγγον, μέλος, similia. Quocirca scripserim ἐξηγεῖτο χεῖν.

V. 1218. Iubente metro δύρομαι, quod de more in ὀδύρομαι abierat, restituit Seidlerus. Illa forma post longum exilium revocanda videtur in loco Aiacis v. 809, ubi misera Tecmessa, quo consilio Aiax abiisset, suspicata, exclamat: οἴμοι, τί δράσω τέκνον; οὐχ ἱδρυτέον· ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσ' ὅποιπερ ἂν σθένω. χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή. Quoties haec lego, offendit me in egregio loco tautologia vocabulorum οὐχ ἱδρυτέον et οὐχ ἕδρας ἀκμή. Quanto melius, transposita litera, scriberetur οὐχὶ δυρτέον, ut postquam dolore amens exclamavit: *vae mihi quid faciam, mi puer?* — reprehendens se ipsam subiungat: *non (vanis) indulgendum querelis, sed ibo* cett.!

V. 1220. ἐκ στομάτων. Similis abundantiae exemplis, quae ad h. l. congesserunt interpretes, adde Pindaricum Ol. VI 13: ἀπὸ γλώσσας — φθέγξατο.

V. 1221. τὸ ὀρθόν, i. e. τἀληθές. Cf. ad v. 1158.

V. 1222. καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα elegantissime dictum pro ἀνεπαυσάμην, i. e. *quietem nactus sum.*

V. 1223. Cf v. 911. Τιμώμενοι in extremo versu me admonet eiusdem participii ap. Eur. Suppl. 233 sqq., ubi Theseus reprehendit Adrastum, quod infaustum bellum contra Thebanos suscepisset νέοις παραχθείς, οἵτινες τιμώμενοι χαίρουσι πολέμους τ' αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης κτέ. Etam atque etiam, velim, perpendas an non aptius sit: οἵτινές τι μώμενοι χαίρουσι, i. e. *aliquid molientes.* Etenim in sqq. demum triplex memoratur causa, cur bella moveant *turbulenti* isti adolescentes: imperii cupido, superbia, spes lucri. Cf. O. C. 836.

V. 1225. ἐγγενῶς a scholiasta explicatur γνησίως, unde concludi nequit eum legisse εὐγενῶς, quod textui intulit Hartungius. Ita enim potius interpretatus fuisset γενναίως. Non magis persuasit mihi Heimsoethius, K. S. p. 51 εὐμενεῖς reponendum esse contendens. Si quid mutandum, scripserim ἐμπέδως (cl. Antig. 169, Theogn. 1084); nam aptissima h. l. est *constantiae* notio. Sin minus, acquieverim in Nauckii interpretatione *in angestammter Treue.* — Ad locutionem ἀρεῖσθε πένθος cf. Eur. H. F. 147.

V. 1227. οὔτ' ἂν Ἴστρον. „Aqua marina vel fluviali „caedes ablui putabantur. Cf. Verg. Aen. II. 718." Bothius. De aqua marina cf. imprimis Eur. Iph. T. v. 1193 θάλασσα κλύζει

πάντα τἀνθρώπων κακά. Hic autem Oedipi locus in mentem mihi revocat pulcherrimos Shaekespearii versus e Macbeth Act. II sc. 2, ubi miser regicida conscientia sceleris exanimatus exclamat: *Will all great Neptunes Ocean wash this blood | clean from mij hand? No; this mij hand will rather | the multitudinous seas incarnadine, making the green — one red.* Cui multo pravior coniux atroci animi tranquillitate reponit: *retire we to our chamber. A little water clears us of this deed.* Apte iam alii contulerunt Aesch. Choeph. 71 sqq. et Senec. Hipp. 715. Addo verba Catulli LXXXVIII 5 sq.: *suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys, nec genitor nympharum abluit Oceanus.*

V. 1229. ἐς τὸ φῶς φανεῖ. Electr. 640 ἀναπτύξαι πρὸς φῶς, Scyr. VI 5 πρὸς τὸ φῶς ἄγειν (cf. ib. 7), Philoct. 518 λέγειν ἐς φῶς.

V. 1234 sq. ὁ μὲν τάχιστος. Similiter is, qui in O. C. v. 1579 sq. narrat Oedipi mortem dicit: συντομωτάτως μὲν ἂν | τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα, | ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ' οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ | φράσαι πάρεστιν οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ. Similem oppositionem hoc quoque loco expectes, sed pulchre interrumpitur Nuntii oratio a choro morae impatienti, quo fit, ut in alium cursum deflectatur.

V. 1236. Meinekius pro αἰτίας, quod bene animadvertit ferri non posse, vel ἀθλίας vel αἰτίου scribendum putat in An. Soph. p. 248. Neutrum satis aptum esse iudico. Nisi fallor, αἰτίας de coniectura, eaque infelicissima, suppletum est posteaquam genuinum vocabulum exciderat. Hoc autem quid fuerit, hodie difficile dictu est. S. scribere v. c. potuit: ὦ δυστάλαινα· πρὸς τίνος ποτ' ὤλετο; Cf. Antig. 1176 sq., Trach. 1131 sq. et ibid. 878, ubi etiamnunc verum puto, quod olim conieci: τάλαιν' ὀλέθρου τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς; nam quod vulgatur ὀλεθρία *miseram*, ut putant interpretes, significare prorsus nequit. Quem in eius rei fidem laudant locum Aiacis: ἀλλά μ' ὁ Διὸς ἀλκίμα θεὸς ὀλέθριον αἰκίζει, ibi dudum suadente metro correctum est ὀλέθρι' αἰκίζει, i. e. ὀλεθρίως.

Ad locum nostrum ut redeam, plura praeterea quae recte suppleantur, velut εἰπέ μοι, excogitari possunt, sed quid ipse poeta scriptum reliquerit, in omne fortasse aevum ignorabitur. Quare satis habui indicare lacunam.

Non autem spero fore, ut aliquis in animum inducat codicis scripturam defendere locis, qualis est Eur. Andr. v. 1126, cuius longe diversa est ratio.

V. 1240. *κείνης ἀθλίας* dictum ut *νιν δύστηνον* Aiac. 122.

V. 1241. *ὀργῇ χρωμένη*, i. e. *irae indulgens*. Herod. I 137 *οὕτω* [*τῷ* expunge natum dittographia] *θυμῷ χρᾶται*, ib. 155 *σὺ μὴ πάντα θυμῷ χρέω*, IV 61 *φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος*, V 83 *ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι*. Apud tragicos praeter h. l. hoc loquendi genus nusquam reperitur.

V. 1242. *τὰ νυμφικὰ λέχη*, i. e. *lectum genialem*, quem *γαμήλια λέκτρα* vocat Plutarchus de virt. Rom. c. 17. Schol.: *καλῶς δὲ τοῖς λέκτροις ἐπεμπίπτει· δι' αὐτὰ γὰρ ἀπόλλυται*. Cf. Trachin. 915 sqq. et Eur. Alc. 175 sqq.

V. 1244. *ἐπιρράξασ'*. Vide Dobraeum in Adv. vol. I p. 475, vol. II p. 34. Cum hoc verbo promiscue usurpatur *ἐπαράττειν*. Plat. Prot. 314 D. *καὶ ἅμα ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν τὴν θύραν πάνυ προθύμως ὡς οἷός τ' ἦν ἐπήραξε*. — Quod in fine vs. legitur *ἔσω* tum propter idem vocabulum in extremo vs. 1241 tum praesertim, quia idoneo sensu caret, valde mihi suspectum est. Quid autem dederit poeta, difficile dictu est. Venit mihi in mentem: *ἐπιρράξασα, τρὶς καλεῖ κτέ*. Cf. Verg. A. X 873 *Aenean magna* ter *voce vocabat*.

V. 1246. *παλαιῶν* (*σπερμάτων*) parum eleganter dictum est, postquam proxime praecessit *καλεῖ τὸν ἤδη Λάιον πάλαι νεκρόν*. Poeta dignius videtur: *μνήμην ματαίων σπερμάτων ἔχουσα*, i. e. *temerariorum amplexuum* (nam *σπερμάτων* h. l. positum pro *ἀσπασμάτων*), ut respiciatur oraculum, memoratum ab Euripide in Phoenissis: *μὴ σπεῖρε παίδων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ*, contra quod Laius peccaverat secundum hunc *ἡδονῇ δοὺς ἔς τε βακχεῖον πεσών*, secundum Aeschylum Sept. 750 *κρατηθεὶς ἐκ φίλων*[1]) *ἀβουλίαις*. *Παράνοια* autem, ut pulchre subiungit, *συνᾶγε νυμφίους φρενώλεις*. Cf. Trach. 565.

V. 1249. *γοᾶτο*. Sine causa Hartungius *ἐγοᾶτο*. Cf. Trach. 904, 914; O. C. 1606, 1617, 1608, 1624. — *δύστηνος* pro

---

1) In re, de qua sermo est, verisimilius duco poetam dedisse: *κρατηθεὶς δὲ φρενῶν ἀβουλίαις*, eoque tum ducit locus Euripideus tum glossa in Par. B. *ἡδοναῖς*. Cf. ib. 802, ubi ipsi, non amicis, exprobrantur *δυσβουλίαι*.

τάλαινα s. ἀθλία. Prosae scriptores illo adiectivo fere non nisi *per contemptum* utuntur (= *misellus*), ut Demosthenes XIX § 25 de Aeschine: λογάρια δύστηνα μελετήσας καὶ Φωνασκήσας οὐκ οἴει δίκην δώσειν τηλικούτων — ἀδικημάτων;

V. 1250. Cf. Sept. 930.

V. 1253. εἰσέπαισεν *irruit* = εἰσεπήδησεν, sive, ut mox v. 1262 dicitur, ἐμπίπτει. Cf. Eur. Rhes. 560 et Xenarchus ap. Ath. II. 63 f: ἀλάστωρ εἰσπέπαικε Πελοπιδῶν. Sic ἐπεισπαίειν ap. Ar. Plut. 804 et comic. Anon. ap. Mein. F. C. IV 696; διεκπαίειν *perrumpere* ap. Dioxippum comicum ap. Mein. IV 541: τὴν στοὰν διεξέπαιεν Ἀμφικλῆς. Παραπαίειν legitur in Philoxeni ΔΕΙΠΝΩΙ v. 26: παρέπαισε δὲ θερμὸν σπλάγχνον.

V. 1253. ἐκθεάσασθαι, i. e. εἰς τέλος θεάσασθαι. Est ἅπαξ εἰρημένον ex eo genere, qualia pro libitu formabant Graeci omnes.

V. 1254. περιπολοῦντ', i. e. περιιόντα ὥσπερ ἐμμανῆ. Schol. Cf. Eur. I. T. 84. — Pulchre verba βοῶν εἰσέπαισεν — περιπολοῦντα — Φοιτᾷ — λυσσῶντι — αὔσας — ἐνήλατο — ἐμπίπτει Oedipi furorem depingunt.

V. 1256. Cf. Hec. 949 γάμος οὐ γάμος.

V. 1264 gravem corruptelam passum esse dubitare nemo potest, nam tum ἑώρα monstrum vocabuli est tum πλεκταῖς — ἐμπεπλεγμένην non est elegantiae Sophocleae. Illi tantum incommodo succurritur coniectura mea, quam proposui in Ex. Crit. p. 115: πλεκταῖσιν αἰώραισιν ἐμπεπλεγμένην. ὁ δ' ὡς ὁρᾷ νιν κτἑ., utrique Nauckiana: πλεκταῖσιν ἀρτάναισιν αἰωρουμένην. ὅπως δ' ὁρᾷ νιν κτἑ.

Elegantissima sane haec coniectura est (Cf. Ant. 54), sed ut veram esse putem nimia a codice discrepantia deterreor. Quare videamus an lenius locus corrigi possit rescribendo: πλεκταῖσιν αἰωραῖσιν ἀποπεπνιγμένην. ὅπως δ' ὁρᾷ νιν κτἑ.

Hac lectione simul appareret sero Oedipum χαλάσαι κρεμαστὴν ἀρτάνην, uxore iam *suffocata*. Nemo autem mirabitur Sophoclem, ne bis eodem vocabulo uteretur, ἀρτάνην (v. 1264) h. l. vocasse πλεκτὰς αἰώρας, qui legerit locum Pollucis IV § 131, ubi agens de instrumentis theatricis dicit: αἰώρας δ' ἂν εἴποις τοὺς κάλως οἳ κατήρτηνται ἐξ ὕψους ἀνέχειν τοὺς ἐπὶ τοῦ ἀέρος Φέρεσθαί

δοκοῦντας ἥρωας ἢ θεούς. Qui tamen (nam usum verbi πνίγειν apud tragicos nequeo demonstrare) certiorem medicinam repererit, nemini fecerit quam mihi gratius. — Ceterum observandum mulieres fere tragicas — si excipias Evadnen ap. Eur. Suppl. 1045, quae in mariti Capanei rogum de saxo desilit, et Iocasten Phoen. Eurydicenque Antig. 1283, quae gladio sese confodiunt — despondentes animum *resti* mortem sibi consciscere. Iocastae (Epicastae) mortem similiter narraverat *Necuiae* auctor v. 277: ἡ δ' ἔβη εἰς Ἀίδαο πυλάρταο κρατεροῖο, ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου, ᾧ ἄχεϊ σχομένη. Helenae ap. Eurip. Hel. 299 ἀσχήμονες videntur ἀγχόναι μετάρσιοι, contra σφαγαὶ ἔχειν εὐγενές τι καὶ καλόν.

V. 1264. „Ex omni parte veram scripturam restituimus „ἐπεὶ δέ γ' ἡ | τλήμων ἔκειτο, δεινὰ τἀνθένδ' ἦν ὁρᾶν." Brunckius. Licet iure improbata sit a recentioribus haec correctio, nihilominus rectissime eruditissimus Gallus observavit, quod praeterquam ab Hartungio neglectum est ab omnibus, linguae proprietati adversari γῇ positum pro χαμαί. Hartungius autem in editione sua partim recte partim secus edidisse videtur: ἡ δ' ἐπὶ πέδῳ, quale metrum comicis usitatissimum Sophocles sibi nusquam permisit. Hoc tamen bene intellexit, codicis lectionem ἐπὶ δὲ γῇ nihil aliud esse nisi genuinae scripturae interpretamentum. Tragicis vero non ἐπὶ πέδῳ sed aut ἐν πέδῳ aut omissa praepositione πέδῳ scribere mos est. Sic v. c. Eur. Phoen. 1687: πεσὼν ὅπου μοι μοῖρα κείσομαι π έ δ ῳ. Id vero a Grammatico explicatum est ἐπὶ γῆς, quod hodie textum occupat. Possis igitur: χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην, ἐπεὶ [π έ δ ῳ] δ' ἔκειτο τλήμων κτἑ. Cf. 29, 332 h. f. ibique Dind., 485, Phil. 618, O. C. 1347. — In sequentibus offensioni est vocula δὲ posita in apodosi post tam brevem prodosin. Non ignoro locos, qualis est Homericus Il. Ω 14: ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους | Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν, sed vix certum inde nostro petetur praesidium. In eadem re iure haeserunt praeter Brunckium Dindorfius et Heimsoethius, quorum ille δεινὰ δὴ τἀνθένδε, minus recte omisso ἦν, hic (K. S. p. 175) longe felicius σχέτλι' ἦν τἀνθένδε scribendum coniecit. Ipse aliquando cogitabam scribi posse: δεινὰ τ ἄ ν θ ε ν ἦν ὁρᾶν, ut Aeschylus dixit: τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω,

nunc vero de usu demonstrativo vocabuli ἔνθεν (excepta formula ἔνθεν καὶ ἔνθεν) in senariis dubito. Comparatis autem verbis Euripidis in Med. v. 1167: τοὐνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν apud nostrum posses: δεινὸν ἦν θέαμ' ὁρᾶν, ni et δεινὸν post δεινὰ (1265) displiceret, et iusto violentior foret ea correctio. Non magis probabile videtur: δεινὸν ἦν τοὐνθένδ' ὁρᾶν, quocirca Heimsoethio obsequendum esse suspicor.

Totum autem locum, a vs. inde 1263, iterum iterumque relegenti duae novae mihi natae sunt dubitationes. Primum enim haud assequor, cur post v. 1263 οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν poeta opus duxerit addere illa πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην, quae quia nihil continent novi, videndum an potius aliena manu addita quam depravata habenda sint. Ita simul facile intellegitur, qui factum sit, ut codex servaverit ὅπως δ'. Deinde vero v. 1266 suspicionem movet vocabulum κρεμαστὴν in eadem senarii sede repetitum, qua legitur v. 1263. Ergo quaeritur an poetae manus fuerit ferme haecce:

οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν.
ὅπως δ' ὁρᾷ νιν, δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας
χαλᾷ (βίᾳ?) τὴν ἀρτάνην. ἐπεὶ πέδῳ δ'
ἔκειτο τλήμων, σχέτλι' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.

Τλήμων autem S. haud raro verbo postposuit. Cf. 1175, 1309, O. C. 248, 351, Phil. 923.

V. 1269. χρυσηλάτους περονάς. *Fibula*, ubiubi apud tragicos eius mentio fit, *aurea* est. Trach. 927 χρυσήλατος, Eur. Phoen. 812 χρυσόδετος, Bacch. 98 χρυσέα. Eadem in re interdum πόρπη memoratur ab Euripide: Hec. 1170, El. 318, Phoen. 62. Inter utramque distinguit Pollux VII 54: ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν περοναῖς κατὰ τοὺς ὤμους διεῖρτο καὶ πόρπῃ κατὰ τὰ στέρνα ἐνῆπτο.

V. 1270 sqq. Pulcherrime hanc oculorum effossionem canit Aeschylus in Septem v. 777 sqq.: ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων | ἐγένετο μέλεος ἀθλίων | γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν | μαινομένᾳ κραδίᾳ | δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν· | πατροφόνῳ χερὶ τῶν | κρεισσοτέκνων (κυρσοτέκνων Hermannus) ὀμμάτων ἐπλάγχθη.

Ib. ἄρθρα graviter depravatum videtur Heimsoethio, qui ἄρθρα suspicatur corruptum esse ex βάθρα, id vero fuisse interpretamentum genuinae vocis θέμεθλα, qua Sophocles h. l. usus fuerit

ad exemplum Homeri Il. Ξ 494: τὸν τότ' ὑπ' ὀφρύος οὖτα κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα, ἐκ δ' ὦσε γλήνην κτέ. Haec coniectura, in cuius fidem citat Hesychii glossam θέμεθλα· βάθρα, longe certe anteponenda alteri, quam idem proposuit, ut ἄρθρα ex βλέφαρα corruptum credamus. Ego tamen, ut verum fatear, non intellego, quid causae sit, cur negemus Sophoclem *oculos* appellare potuisse *orbium articulos*. Non enim minus a nostra dicendi consuetudine abhorret, quod Euripides dixit in Cyclope v. 625 συνθέντες ἄρθρα στόματος (= στόμα). Ἄρας procul dubio iungendum cum ἄρθρα, non ut perverse fit a quibusdam, cum περόνας. Cf. Trach. v. 797.

V. 1271. ὄψοιντο perperam Hermannus mutaverat in ὄψαιντο, qualem Aoristi formam Atticis ignotam fuisse vere contendit Dindorfius. Acerrime autem eam παραδιόρθωσιν, qua imponi sibi passi sunt Nauckius, Hartungius, alii, impugnavit Firnhaberus in Philologo VIII p. 738 sqq., qui vir doctus tamen cum in aliis tum in eo fallitur, quod νιν ad Iocasten spectare putavit, satis refutatus, credo, vs. sequenti: οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά. Dindorfius in Praef. ad Teubn. ed. p. XXXI „Errorem criticorum „ait" quorundam, qui ὁθούνεκα, „quod hic ut alibi non raro pro ὡς dictum est, per *quia* sunt „interpretati et ὄψαιντο in ὄψαιντο inauditam Atticis formam „mutare voluerunt, notavi in annotatione (ad ed. Ox.) et „convellitur ἀλλὰ particula in verbis proximis, quae omittenda „fuisset. Non haesissent, ut opinor, si S. tertio quartoque „omisso vs. hoc tantum dixisset, oculos Oedipi effossos non „esse visuros, *quae mala vel passus sit vel commiserit*. His vero „non repugnant, sed apte adiuncta sunt illa ἀλλ' — γνωσοίατο." Verissime haec disputata sunt: transfer in directam orationem: οὐκ ὄψεσθέ με οὔθ' οἷ' ἔπασχον οὔθ' ὁποῖ' ἔδρων κακὰ ἀλλ' ἐν σκότῳ — ὄψεσθε — οὐ γνώσεσθε et intelleges omnia recte se habere. Non magis igitur probandum quod proposuit Bergkius ὄσσοιντο.

Dobraeus Adv. II p. 33 v. 1273 sq. sic interpretatur: *Oculos suos non amplius eos visuros quos videre non debuisset* (matrem scil. uxoris loco habitam) *neque praeterrisuros quos agnoscere voluisset.* Rectius, opinor, in ed. Schneidewiniana verba satis obscura ita explicantur, ut Oedipus dicere putandus sit: *in tenebris* (h. e. *omnino non*, cf. 419 βλέπειν σκότον) *videbitis in posterum*

eos, quos videre numquam debueratis (i e. liberos ex matre procreatos) *neque agnoscetis quos semper agnoscere desiderabam* (i. e. parentes meos), nempe apud inferos, ubi ex veterum opinione umbris eadem forma ac species erat, quae vivis fuisset. Hinc quoque v. 1371 dixit: ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων | πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολών, οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρα κτέ.

V. 1275. ἐφυμνῶν, h. e. *imprecans*, ut Antig. 1305. De ὑμνεῖν in malam partem dicto consulatur Blomfieldi glossarium ad Aesch. Septem v. 6. Interdum tamen ut θρυλεῖν simpliciter ponitur, quo sensu Graeci dicunt διὰ στόμα (— τος) ἔχειν, i. e. *celebrare*, v. c. Aiac. 292 et Eur. Phoen. 441. Hoc sensu nescio an verbum ὑμνεῖν interpretando perierit Arist. Av. 599: τοὺς θησαυροὺς τ' αὐτοῖς δείξουσ' οὓς οἱ πρότεροι κατέθεντο | τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασι· λέγουσι δέ τοι τάδε πάντες· | οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις. Neglectam caesuram corrige scribendo: οὗτοι γὰρ ἴσασ'· ὑμνοῦσι κτέ. Nemo certe fidem habebit Meinekio in Vind. Ar. obtrudenti comico epicam formam rarissimam scribendo: εἴρουσι δέ τοι κτέ.

V. 1276. Cf. Antig. 52 διπλᾶς ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερὶ et ib. v. 975, ubi ἀραχθέντων ex ἀραχθὲν ἐγχέων elicuit Lachmannus. Quod ἐπαίρων neque propter sedem quam occupat cum περόνας iungi possit neque iunctum cum βλέφαρα sensum praebeat idoneum, Nauckius suspicatur ἤρασσε παίρων. Egregie fallitur, non intellecta vi vocis βλέφαρα, sed fallitur cum aliis. Ipse enim aliqando tentabam: ἤρασσ', ἔπαιε βλέφαρα, ut Euripides aliquoties iunxit βάλλων, ἀράσσων (cf. Hec. 1175, And. 1155, Iph. T. 310), vel lenius: ἤρασσε παίων, cl. Hec. 1044. Sed nihil mutandum. Non enim minus recte h. l. ἐπαίρων βλέφαρα dictum est, quam supra ἄρας — ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων. *Sublatos*, ait poeta, *ferit oculos*. Qui *palpebras* vertunt, iis locum corruptum videri mirum non est. Sed ipsos oculos sic haud raro dici vel lexica docent.

V. 1277. γλῆναι. Inter γλήνην et κόρην distinguit Pollux Onom. II § 70: ὀμμάτων δὲ τὸ μὲν ἐν μέσῳ μέλαν κόρη, ἧς ἡ αὐγὴ γληνή.

V. 1279. Alii receperunt Heathii coniecturam ὄμβρος χαλάζης αἱματοῦς, alii Hermanni ὄμβρος χαλάζης αἱμάτων. Miror neminem dum coniecisse: ὄμβρος χαλαζῆς (i. e. χαλαζήεις), quemad-

modum inversa ratione poeta dixit O. C. 1502 ὀμβρία χάλαζα. Porsoni emendationem, quam recepi cum Dindorfio, hic commendavit in adn. ad ed. Oxoniensem. Locis autem, quos huc attulerunt viri docti, addatur fragmentum poeticum ap. Ciceronem de Orat. lib. III § 157 *grando mista imbri largifluo subito praecipitans cadit.*

Ibidem in fine versus pro ἐτέγγετο scripsi ἐρρήγνυτο [1]), quod proposueram in Exerc. Crit. p. 115, probante Dindorfio in praefat. ad ed. Teubn. Cf. Trach. 815, 919, Eur. Alc. 1071, O. R. 1502 sq. Vulgato ἐτέγγετο originem dedit proxime praegressum ἔτεγγον. Hic vero non solum propter nomina ὄμβρος et χάλαζα (nec minus propter oppositum ἀνίεσαν) gravius postulatur verbum, ut vere ait Dindorfius, *violentiae significationem habens*, sed etiam ἐτέγγετο Graece de imbre dici nequit: τέγγει enim ὁ ὄμβρος, opinor, non τέγγεται. Post haec non necesse est addam, cur Meinekii coniectura ἐδεύετο, quam protulit in An. Soph. p. 242, mihi vehementer displiceat.

V. 1280 sq. Vide Dindorfi adnotationem ad ed. Oxon.

V. 1282. τῇδε θἡμέρᾳ. Nauckius auctore Lobeckio, qui ad Aiac. 756 de hac crasi dubitavit, rescripsit τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. Frustra: nam τῇδε θἡμέρᾳ sine iusta offensione legitur praeterea his locis: Aiac. 1362, Arist. Av. 1072 et Thesmoph. 756. Idem sed e correctione habet cod. Laur. in Aiac. 778.

V. 1287. βοᾷ. Schol. πιθανὴ ἡ αἰτία τοῦ ἐξιέναι αὐτὸν, ἵνα δείξῃ τοῖς πολίταις, ὅτι ἀξίως ἑαυτὸν ἐτιμωρήσατο ἐπ' ἀκουσίοις παθήμασιν κτέ. Conferatur ipsius Oedipi testimonium in O. C. v. 266: ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου | πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα similia de se profitentis iis, quae Regem Lear dicentem facit Shakespearius Act. III sc. II: *I am a man, more sinned against than sinning.*

V. 1289. τὸν μητρός. Nauckius, probante Dindorfio, coniecit μητέρ', quod eorum uterque recepit. Ita recte dici posse et pauci ignorant et exemplis (quibus adde, si tanti est, e poetis

---

1) Malo hoc verbum receptum est in choliambis Hipponactis Bergk. p. 515: οὔτ' ἀσκέρῃσι τοὺς πόδας δασείῃσιν | ἔκρυψας, ὥς μή μοι χίμετλα ῥήγνυται. Optime unus cod. habet γίνεται, nisi quod scribendum γίνηται. Lectio ῥήγνυται, quo iugulatur metrum, ridiculo vitio natum videtur e λίνηται, superscripto interpretamento ῥίγει.

Latinis locum Catulli CXIII: *duo — solebant Mucillam*), abunde vir optimus demonstravit, sed codicis lectionem mendosam esse, id vero minime ostendit. Neque enim video, quidni eodem iure obscoenum aliquod substantivum, v. c. αἰσχυντῆρα (Aesch. Cho. 990) aut μιάστορα (Schol.) reticeri posse credamus quam verbum.

V. 1296. ἐποικτίσαι. Hoc verbum Aeschylo reddatur in Choeph. v. 567: Μενοῦμεν οὕτως ὥστ' ἐπεικάζειν τινὰ | δόμους παραστείχοντα καὶ τάδ' ἐννέπειν· | τί δὴ πύλαισι τὸν ἱκέτην ἀπείργεται | Αἴγισθος κτέ.; quae intellectu facillima erunt, rescripto ἐποικτίζειν.

V. 1297. ὅσα ἐγὼ προσέκυρσ' soloecum est. Emendandi viam praemonstrat Choeph. 13: πότερα δόμοισι πτῶμα προσκυρεῖ νέον;

V. 1300 πηδήσας. Cf. 257, 469, 1311.

V. 1301. μείζονα interpretamentum esse videtur rarioris formae μάσσονα; prorsus enim inconcinnum est μείζονα τῶν μακίστων. Cf. Aesch. Pers. 433, 694, Agam. 584.

V. 1305. Verba πολλὰ δ' ἀθρῆσαι ut plane ἀπροσδιόνυσα expunxi, monente Heimsoethio K. S. p. 227. Nauckius praeterea suspecta habet verba πολλὰ πυθέσθαι, nec fortasse prorsus immerito.

V. 1308 sq. Huius quoque loci scriptura valde incerta est. Alius aliter edunt; Wunderus, expuncto e Dindorfii coniectura διαπέταται, scripsit:

αἰαῖ αἰαῖ,
δύστανος ἐγώ. ποῖ γᾶς φέρομαι
τλάμων; πᾶ μοι φθογγὰ φοράδην;
ἰὼ δαῖμον ἵν' ἐξήλλου.

Dindorfius: αἰαῖ αἰαῖ, δύστανος ἐγώ
ποῖ — — πᾶ μοι
φθογγὰ διαπέταται φοράδην; κτέ.

Hartungius: αἰαῖ αἰαῖ, δύστανος ἐγώ·
ποῖ γᾶς πέτεται τλάμων, πᾶ μοι
φθογγὰ φοράδην;
ἰὼ δαῖμον ἵν' ἐξηγοῦ.

His omnibus praestare mihi visa est Nauckii scribendi ratio, quam, licet et ipsa incerta sit, secutus sum, nisi quod

pro ἐνήλου restitui ἐνήλω, quam formam (nam Aoristum II huius verbi Attici ignorant) rectissime in Pers. v. 516 Aeschylo reddidit Blomfieldus.

V. 1309. ποῖ γᾶς φέρομαι; Cf. Electr. 922 οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει, Trach. 984 ποῖ γᾶς ἥκω;

V. 1310. φοράδην (= φερόμενος), i. e. *magno impetu.*

V. 1311. ἐπόψιμον, i. e. ὁρατὸν s. τλητὸν τῇ ὄψει.

V. 1314 sqq. Hartungius edidit: νέφος ἐμὸν ἄτροπον ἐπιπελόμενον ἄφατον, quod equidem vulgatae lectioni posthabuerim. Pro δυσούριστον Bergkius δυσήριστον (= δυσέριστον?), Nauckius δυσοιωνιστόν coniecit, quod idoneum non habet auctorem nec sententiae satis videtur convenire. Probabilior videtur Bergkii coniectura in v. antithetico metri causa reponendum esse κηδεμὼν pro κηδεύων. Si δυσούριστον sanum est, bene Hermannus inseruit post eam vocem ὄν, quod part. cum Dindorfio et aliis in textum admisimus.

V. 1314. ἄφατον. Hoc vocabulum cum alio scribis notiore permutatum videtur apud Euripidem in Iph. T. v. 842, ubi Iphigenia, agnito fratre, exclamat: ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι. Verius videtur: ἄφατον ἡδονὰν κτἑ. Cf. Ion. 783 et El. 1191. Idem ἄτοπον corruptela natum esse suspicor apud Demosthenem πρὸς Πανταίνετον § 10 δρῶν τὸ πρᾶγμα μοι περιεστηκὸς εἰς ἄτοπον, ubi sequentia suadent εἰς ἄπορον.

V. 1315. ἀδάματον, i. e. ἀνήκεστον s. ἀνίατον.

V. 1316. δυσούριστον] ὅρον μὴ ἔχον, ἀλλ' ἀεὶ παραμένον. Schol. Valet igitur δυσεξόριστον, quae opinio potior mihi videtur sententia eorum, qui hoc adiectivum derivant ab illo οὐρίζω, de quo egimus ad v. 696.

V. 1317. εἰσέδυ, i. e. *subiit animum.* Herod. VI 138 καί σφι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε.

V. 1318. οἴστρημα, i. e. ἀλγηδὼν ἡ οἰστρῶσα τὴν ψυχήν.

V. 1320. Pro φορεῖν infeliciter Bergkius coniecerat φρονεῖν. Verum vidit Nauckius, cui assentitur Heimsoethius K. S. p. 44.

V. 1322. Duce varia lectione ἐμοῖς ἐπὶ πόνοις Bergkius coniecit: σὺ μὲν ἐμοῖς πόνοις, quod, si accuratius responderet metro vs. antithetici νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, satis foret probabile. Vix certe dubitandum, quin ἐπίπολος, quod pro πρόσπολος dici posse parum est verisimile, mendosum sit.

V. 1326. Cf. Eur. Hipp. 860: κλύων μὲν αὐδήν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σὸν et I. T. 1447.

V. 1330. Recte dittographias in hoc vs., quae non sunt a m. prima, κακὰ et ἐμὰ expunxit Hartungius, quem Nauckius secutus est. Addita videntur ab eo, qui metrum non convenire cum metro vs. antithetici 1350 intellexerat.

V. 1338. προσήγορον, i. e. προσρητόν, quomodo v. 1311 similiter cogente metro ἐπόψιμον pro ἔποπτον. Cf. O. C. 27 et 28, ubi ἐξοικήσιμος et οἰκητός eodem sensu gaudent. Ad rem cf. 352 et 817 sqq.

V. 1339. Inepte vulgo iungitur προσήγορον — ἀκούειν, quare dubium non est, quin recte reposuerim: τί τ' ἔστ' ἀκούειν κτέ. Post ΑΚΟΥΕΙΝ proclivi errore excidit ΕΤΝ et in antistrophe v. 1351 post ὤν vocula ἄν, quae egregie ex fuga revocavit Heimsoethius K. S. p. 316.

V. 1340. ἐκτόπιον ferri non posse apparebat, quare Dindorfius in ed. Ox. proposuit ἐκ τόπων, quam emendationem perfecit Nauckius, pronomine demonstrativo ita opus esse quum sentiret, pro με, quod sit interpretamentum, τῶνδ' substituendum acute suspicatus. Aliam tamen rationem suadet locus huice gemellus Antigon. 1321: ἰὼ πρόσπολοι | ἄγετε μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών | τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα. Quapropter ἐκ τόποιν mutavi in ἐκποδών, quod idem vocabulum restitutum velim Trach. 955 pro ἐκ τόπων. Ut autem metrum prorsus conveniat cum v. antithetico, pro με malim τόνδ' (= με).

V. 1341. Erfurdtius non male coniecit τὸν μέγ' ὀλέθριον, idque recepit Nauckius. Lenior tamen Turnebi correctio, quam cum Dindorfio aliisque admisi. Immerito offensus adiectivo μέγαν Bergkius ceteroquin ingeniose reposuit: τὸν ὀλεθρόν με γᾶς.

V. 1345. θεοῖς ἐχθρότατον. Iam evenerant ea, quae ne acciderent metuens rex miser v. 815 exclamaverat: τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;

V. 1348. Prava sententia, Elmsleius coniecit: ὥς σ' ἠθέλησ' ἂν μηδ' ἀναγνῶναί ποτ' ἄν. Haud paulo melius Dobraeus: ὥς σ' ἠθέλησα μηδαμὰ γνῶναί ποτ' ἄν. Verum tandem vidit Neuius, quem secutus sum cum Wundero, Dindorfio, aliis.

V. 1349. ὄλοιθ' ὅστις ἦν κτέ. Non pastorem sospitatorem suum sed ipsum Cithaeronem Oedipum eadem de causa ex-

secrantem fecit Euripides Phoen. 1604: Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν | ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χάσματα, | ὅς μ' οὐ διώλεσ' ἀλλὰ κτέ. Cf. infra v. 1391.

V. 1350 sqq. Verba mendosissima, quae vix unquam certa ratione restituentur in integrum. Satis igitur habui textum edere, ut hodie vulgatur a Dindorfio, atque Nauckio, nisi quod cum aliis νομάς praetuli Elmsleii coniecturae νομάδ' (cod. νομάδος). Bergkius edidit: ὄλοιθ' ὅστις ἦν [ὅς] ἀπ' ἀγρίας πέδας νομὰς ἐπιποδίας [ἔλαβε] (ὅς ἐμ') ἀπό τε φόνου κτέ.

Quod ἔλαβε delevit, fecit fortasse recte (cf. var. lect.). Reliqua nimium incerta sunt.

Hartungius: ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὅς μ' ἀγρίας πέδας
νομὰς ἐπιποδίας, ἀπὸ φόνου
ἔρυτο κἀνέσωσεν.

Nauckius in addendis ad ed. Scheidew. coniecit:
ὄλοιθ' ὅστις ἦν, ὄλοιθ' ἀγρίας
ὅς ἀπὸ πέδας μ' ἀπό τε φόνου
ἔρυτο κτέ.

vel: ὅς ἀπὸ πέδας μ' ἐπιποδίας κτέ. Non est admodum difficile similia quaedam comminisci, sed ariolationes meas de loco desperato silentio premere malui. Laudanda potius bona Fortuna, quod de verborum sententia satis constat.

V. 1355. ἄχος, i. e. λύπη. Hoc vocabulo antiquiorum scriptorum pedestrium solus ut videtur Xenophon usu sest Cyrop. V 5 § 3 et VI 1 § 20. In sequiorum scriptis est admodum frequens.

V. 1357. ἦλθον, nempe Thebas. Male interpretantur ἐγενόμην, afferentes v. 1519 θεοῖς ἔχθιστος ἥκω, ubi οἰκῶ verum esse vix dubito.

V. 1361. ὁμολεχής. Cf. ὁμοσπόρος supra v. 460.

V. 1365. πρεσβύτερον — κακοῦ κακόν] κακοῦ κάκιον. Schol. Vide Plut. v. Cleomen. cap. X. med. τρυφὰς καὶ πολυτελείας καὶ χρέα καὶ δανεισμοὺς καὶ τὰ πρεσβύτερα τούτων κακὰ πενίαν καὶ πλοῦτον κτέ. Aesch. Choeph. 631 κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον λόγῳ.

V. 1368. Hartungius edidit ἦσθ' ἂν κτέ. haud sciam an non recte, quia κρείσσων ἦσθα μηκέτ' ὢν dictum est pro κρεῖσσον ἦν σε μηκέτ' εἶναι. Cf. Aiac. 634. Constat autem in κρεῖττον ἦν similibusque formulis particulam ἂν recte omitti.

V. 1370 ἐκδίδασκε. Hoc compositum, tragicis usitatissimum, obliteratum esse suspicor O. C. 480 τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε. Corrige: τοῦ τόνδε πλήσας; (nempe χέω; cf. v. 478) ἐκδίδασκε καὶ τόδε.

V. 1371. ὄμμασι ποίοις κτέ. Herod. I, 37: νῦν τε τέοισί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι. Cf. Dem. de Cor. § 201. Philoct. 110 πῶς βλέπων; Adde Hippol. 662.

V. 1373. οἷν — δυοῖν. Eadem rarissima constructione (pro Accusativo) poeta usus est infra, postulante metro, v. 1402 οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν et Aiac. 1282: ἆρ' ὑμὶν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν ἔνδικα. Quod in tragico ferendum, idem non concedendum videtur comico, quapropter Vesp. 1350 πολλοῖς γὰρ ἤδη χἀτέροις αὔτ' εἰργάσω corrigendum puto: πολλοὺς — χἀτέρους.

V. 1376 βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστεν, i. e. ὁπωσοῦν βλαστοῦσα. Oedipi animus horret meminisse incesti unde natae sunt matrimonii. Med. 889: ἀλλ' ἐσμὲν οἷόν ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακόν, γυναῖκες. Ad idem loquendi genus pertinet locus Herod. IV 68 λέγοντες τῶν ἀστῶν τὸν ἂν δὴ λέγωσι, ubi egregie fallitur, qui coniecit θέλωσι. Cf. 70 init. Melius ib. in extremo capite corrigas: ἄλλοι πάρεισι μάντιες καὶ μάλα πολλοὶ pro ἄλλοι, quod si retines, non intellegitur, qui sit iudiciorum, de quibus ibi mentio fit, finis. — Βλαστοῦσα, ubi expectes βλαστόντων, inde habet excusationem, quod ὄψις τέκνων, unde hoc participium pendet, est periphrasis pro τέκνα. Dicit enim S. hoc: ἀλλὰ τὰ τέκνα δῆτα, ὁπωσοῦν βλαστόντα, ποθεινά μοι προσβλέπειν. Hartungius de sua coniectura edidit βλαστόντ'.

V. 1378. ἀγάλματα h. l. *templa* sunt, non *signa*. Cf. Eur. H. F. 1281.

V. 1380. Expunxi versum inficetum, cuius auctorem satis prodit vocula γε posita eo loco, ubi si quid significabit, sententiam absurdam reddat necesse est. Sensit id Hartungius, qui frustra coniecit ἐν ἱεραῖς Θήβαις, quod vel ob proxime praegressum ἱερὰ improbandum est. Ceterum quicunque hunc vs. procudit eum στραφεὶς scripsisse bene intellexisse videtur idem vir doctus. Explicat enim scholiasta per διατρίψας.

V. 1383. Pro monstruosis illis καὶ γένους τοῦ Λαΐου ariolatus sum: καὶ γένους ἀλάστορα vel καὶ παλαμναῖον γένους. Ingeniose Badhamius v. 1382 τὸν ἔκθεον scribendum

putat, expuncto versu sequenti. Fidem haberem, si ἔκθεος Graecum esse constaret.

V. 1385. ὀρθοῖς ὄμμασι h. l. non ut supra v. 528 opponuntur ὄμματα διάστροφα sed ἀπεστραμμένα. Vide, quae ibi annotavimus et Bentleium ad Hor. Carm. I 3, 18. Theocr. Idyll. V 36: εἰ τύ με τολμῇς ὄμμασι τοῖς (an τῶς?) ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν κτἑ.

V. 1386 τῆς ἀκουούσης πηγῆς, i. e. τῆς πηγῆς τῆς ἀκοῆς.

V. 1387. Cf. quae Dindorfius disputat hic et ad Antig. 334, 985 et ad Aiac. 909.

V. 1388. οὐκ ἂν ἐσχόμην τὸ μἀποκλῆσαι. Severior grammatica, praegressa negatione, postulat τὸ μὴ οὐ ἀποκλῆσαι. Xen. Cyrop. I 6 § 32: οὐκ ἀπείχοντο ἀπὸ τῶν φίλων τὸ μὴ οὐχὶ πλεονεκτεῖν παρ' αὐτῶν. Eur. Hipp. 658: οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί. Sed haud raro poetae, ubi μὴ οὐ metro excluditur, utuntur nudo μή. Saepe vero a librariis, utriusque voculae synizesin ignorantibus, peccatum esse probabile est. Ita v. c. in Herc. Fur. v. 326: οὐ γὰρ ἀλκὴν ἔχομεν ὥστε μὴ ὀκνεῖν. Euripides scripsisse videtur: ὥστε μὴ οὐ ὀκνεῖν.

V. 1390. τὴν φροντίδ' (i. e. τὸν νοῦν) ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν, i. e. *mala non animadvertere.* Verba οἰκεῖν et ναίειν cum compositis συνοικεῖν et συνναίειν a tragicis subinde usurpantur pro εἶναι et συνεῖναι. Hic autem ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν idem est quod alibi dicitur τοῖς κακοῖς μὴ συνοικεῖν. Similiter tragici dicere solent ἔχειν πόδα ἔξω πημάτων, συμφορῶν, κακῶν.

V. 1391. Vide Meinekium An. Soph. p. 242.

V. 1395. ἄρα, *ut docuit experientia.* Cf. v. c. El. 935.

V. 1397. Talia Oedipus, qui modo nobili se genere prognatum comperisset, dicere omnino non poterat. Debetur hic versus, quem iam Hartungius habuit suspectum, sciolo interpretanti κάλλος κακῶν ὕπουλον in vs. praecedenti; quae eleganter Brunckius vertit: *pulchritudinis speciem malorum obductam ulceri.*

V. 1400. τοὐμὸν αἷμα interpretantur de sanguinis communione patrem inter et filium. At ita poeta potius dedisset: κοινὸν αἷμα. Melius alii sic dictum esse volunt pro αἷμα τοὐμοῦ πατρός, quam tamen interpretationem dubito an satis tueantur loci, qualis est El. 1382 τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον. Ibi enim τοὐμὸν ὄνειρον satis proprie dictum est. Neque inter

plurimos locos, quos huc pertinentes congessit Lobeckii diligentia ad Aiac. v. 7 pag. 61 sq. ed. III unum reperio, qui plane certam reddat huius loci scripturam. Ad coniecturam meam θερμὸν compara O. C. 622, Il. A 477 et Quint. Smyrn. Posth. I, 387, ad ἐπίετε praeterea Aesch. Sept. 717, 804, Eum. 935, Choeph. 66, 980, Eum. 647.

V. 1401. ἔτι commendatur a Dindorfio in praef. ad ed. Teubn. et post hunc ab Heimsoethio K. S. p. 212.

V. 1402. Cf. Electr. 751.

V. 1406. Pro αἷμ' ἐμφύλιον Hartungius causis partim falsis (v. c. quod ἐμφύλιον creticum esse opinatur) partim haud idoneis adductus in ed. sua rescripsit αἷμά τ' ἔμφυτον.

V. 1412. καλύψατ' — ἢ θαλάσσιον. Hunc versum spurium esse persuasit mihi Meinekii disputatio in An. Soph. p. 243, ad quam lectorem relego. Quod vero dixit subridiculum esse hominem mediterraneum optare ut in mare abiiciatur inde fortasse potest excusari, quod haec fabula docebatur Athenis apud παραθαλασσίους.

V. 1414. Locis, quibus haec illustrantur ab interpretibus, adde verba Herculis apud Euripidem H. F. 1233 φεῦγ' ὦ ταλαίπωρ' ἀνόσιον μίασμ' ἐμόν, cui Theseus: οὐδεὶς ἀλάστωρ respondet τοῖς φίλοις ἐκ τῶν φίλων.

V. 1416. ἐς δέον. Cf. ἐς καλὸν supra v. 78.

V. 1418. μοῦνος. Vide Porson. praef. ad Hec. p. IX.

V. 1420. πίστις. Vergit hoc substantivum hic in eam significandi potestatem, quam subinde habent verba πιστεύειν, et ἀπιστεῖν, nempe τοῦ πιθέσθαι et ἀπειθεῖν. Cf. ad v. 625. Nam postulat contextus ut Oedipus hoc dicat: τί Κρέων ἐν δίκῃ μοι πείσεται; i. e. *qua in re merito morem mihi geret Creon?* Deinde expertus leviri benevolentiam v. 1434 dicit πιθοῦ τί μοι.

V. 1422. γελαστής, i. e. *derisor*. Eodem sensu ἐγγελαστής dixit Eurip. Hipp. 1000.

V. 1423. τῶν πάρος κακῶν. Engerus τῶν πάρος λόγων, Nauckius τῶν πεπραγμένων coniecit. In vulgata lectione quid vituperandum sit, non video.

V. 1425. Pro βόσκουσαν Blaydesius mavult λεύσσουσαν. Recte alii iam provocarunt ad Aesch. Ag. 633 ὁ τρέφων Ἥλιος χθονὸς φύσιν.

V. 1427. *τοιόνδ' ἄγος ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι*. Sic Hercules ap. Eurip. in H. F. 1231 Theseo: *τί δῆτα κρᾶτ' ἀνεκάλυψας ἡλίῳ*, cui ille: *τί δ' οὔ; μιαίνεις θνητὸς ὢν τὰ τῶν θεῶν*; Cf. Med. 1327 sq.

V. 1424. *θνητῶν*. Hoc vocabulum medela indiget ap. Theogn. 143 sq.: *Οὐδείς πω ξεῖνον Πολυπαΐδη ἐξαπατήσας | οὐδ' ἱκέτην θνητῶν ἀθανάτους ἔλαθεν*. Lego *ἀλιτών*. Noto usu *ἀλιταίνειν τινα* est *peccare contra aliquem*. Cf. v. c. Theogn. 1170.

V. 1424—1431. Nauckius cum Oedipi oratione coniunctos transposuit, quam sententiam Meinekius in An. Soph. p. 244 ita corrigit, ut vss. 1428—1431, Oedipo (cui hoc unum sit in votis, ut quam celerrime patriam relinquat) male convenientes, serventur Creonti, ceteri, quippe ab huius persona alieni, tribuantur Oedipo. Quod ut commode fieri posset pro *ἐσκομίζετε* coniecit *ἐσκόμιζέ σε*, quasi vero hoc Graecum sit pro *ἐσκομίζου* aut *ἐσκόμιζε σαυτόν*, ut poeta dixit Antig. 440 *σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν οἷ θέλεις*. Et *ἐσκομίζετε* quin de caeco Oedipo ad servos dictum optime habeat, non erat dubitandum. *Κομιδῆς* sane indigebat *ὁ τυφλῷ στείχων παραφόρῳ ποδὶ*, ut utar verbis Euripideis (Hec. 1056). Cf. supra v. 444 et 1292.

Mihi autem finis orationis Oedipodeae v. 1414 sq.: *τἀμὰ γὰρ κακὰ — βροτῶν* ita comparatus esse videtur, ut nihil commode addi possit. Si posset, melius certe sequerentur vss. 1224—1231, quod Nauckio placuit, quam pars eorum: nam hoc quidem dubium non est hos vss. divelli omnino non posse, siquidem vss. 1424—1428 causam continent cur imperentur cetera vss. 1428—1431. Aeque tamen certum videtur, hos vss. sequi non potuisse statim post v. 1423. Hinc suspicor inter vs. 1423 et 1424 excidisse quaedam, quibus Creon increpuerit chorum, quod Oedipum foras progredi passus sit; non enim fas esse eiusmodi piaculum a mortalium genere conspici. Sic demum recte sequi poterant haec: *ἀλλ' εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι γένεθλα κτέ*. Posui igitur signa lacunae.

V. 1430. *τοῖς ἐν γένει γὰρ κτέ*. Cf. O. C. 1135 *τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν | μόνοις οἷόν τε συνταλαιπωρεῖν τάδε*.

V. 1432. *ἐλπίδος*, i. e. *δέους*, ut saepe, v. c. Aesch. Agam. 1434: *οὔ μοι Φόβου* (f. *Φόνου*) *μέλαθρ' ἂν ἐλπὶς ἐμπατεῖν*.

V. 1437. θανοῦμαι pro φανοῦμαι [1]) gratus accipio a Meinekio, qui comparatis Oedipi verbis 1440 sq. et 1452 sqq. sic scribendum esse docuit in An. Soph. p. 245. Contrarium errorem idem (post Bothium) sustulit Aiac. 110: φανῇ pro θάνῃ. Utramque emendationem recepit in ed. Teubn. Dindorfius. Argutius quam verius nuper θάνῃ defendit M. Seyffertus in sua Aiacis editione, afferens locutiones proverbiales, qualis legitur Antig. 307 sqq. — Ib. μηδενὸς προσήγορος sensu Passivo, ut Phil. 1353, ubi iungitur cum Dativo. Activum est idem vocabulum Antig. 1170 Παλλάδος θεᾶς ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων προσήγορος, i. e. δι' εὐχῶν προσαγορεύουσα, interprete Scholiasta.

V. 1438. Nauckius suspicatur: ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθι νυν, εἰ μὴ θεοῦ. Mire sane post ἴσθι repetitur particula conditionalis. Invitus tamen carerem articulo ad θεοῦ. Cf. 1445. Quare, si quid mutandum, malim ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθι γ'.

V. 1446. Dindorfius in utraque editione non monito lectore pro προστρέψομαι reposuit προτρέψομαι, quo sensu non satis intellego. Futurum post Praesens tempus illatum interpretes tuentur loco Thucydidis II c. 44 et Trach. 216, quae tamen exempla an huic similia sint valde dubito. Vere aliquid hic turbatum esse et aliquot vss. excidisse contendit Wunderus. Ceterum eadem abundantia ad augendam precium vim saepius scriptores utuntur. Cf. O. C. 1011.

V. 1451. De ἔα monosyllabo vide Dindorfium ad Aesch. Prometh. 566. Eandem contractionem patitur verbum θεᾶσθαι.

V. 1452. οὑμὸς Κιθαιρὼν οἶκος edidit Hartungius, coniectura pessima tentans sanissimum locum. Melius fortasse quaeras utrum in vs. sequenti κύριον recte scribatur, an poeta dederit κυρίω, referendum ad matrem patremque, quibus erat in Oedipum ius vitae ac necis. Sed nihil novandum.

V. 1455. πέρσαι figurate pro ἀπολέσαι, ut saepius πορθεῖν, v. c. Aesch. Cho. 680 οἵ 'γὼ κατ' ἄκρας ἐνθάδ' ὡς πορθούμεθα. Praesagit Oedipus vitae suae finem, qualis describitur O. C. 1666

1) Confusio literarum Φ et Θ corrupit Aeschyli quoque locum Suppl. 336: τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους; ubi male Hermanus dedit φιλῶν. Sententia postulat: τίς δ' ἂν θέλουσ' ὠνοῖτο κτέ. i. e. *quae mulier sponte emat sibi dominum?* (dote sc. vel forma, dum alias domini *emunt* sibi servos.)

sqq. Similiter v. 1461 vocabula ἔνθ' ἂν ὦσι innui Polynicis apud Argivos exilium recte monuerunt interpretes.

V. 1457. ἐσώθην. Hoc verbum cum συθῆναι confusum est ap. Eurip. I. T. 593: σώθητι καὶ σὺ μισθὸν — λαβὼν — σωτηρίαν. Lego: σύθητ' ἐκεῖσε κτέ.

V. 1458. ἡ — ἡμῶν μοῖρα. Ad insolitam pronominis constructionem cf. Ar. Av. 1170. Saepius ita Herodotus, v. c. I 165 ἡ δὲ αὐτῶν νῆσος.

V. 1462. Emendavi haec ex probabili praecepto Cobeti in Var. Lect. p. 70 sqq. Docte de ea re egit Dindorfius in adnotatione ad O. C. v. 1113 (in ed. Oxoniensi) ubi vel contra metrum in codice correctum est ἐμφύσα pro ἐμφύντε. Quod autem in inscriptione Attica Ol. 95, 3 ap. Boeckhium C. I. p. 282 legitur καὶ δύο σφραγῖδε λιθίνω χρυσοῦν ἐχούσα τὸν δακτύλιον, inde hoc quidem constat iam ineunte seculo quarto exstitisse in sermone plebeio formas femininas dualis numeri Participiorum, sed neutiquam apparet easdem admissas fuisse multis ante annis in sermonem cultiorem idque promiscue cum formis masculinis. Felici casu factum, ut librarii non animadverterint v. 1475 φίλοιν esse femininum; sin minus procul dubio scripsissent ταῖν μοι φίλαιν δακρυρροούσαιν. Ob eandem causam intactum reliquerunt locum Electrae v. 977 sqq: ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω — ὣ — ὣ — ἀφειδήσαντε, sed mox vocula νὼ recordati sermonem esse de mulieribus antiquum obtinent corriguntque scilicet ζώσαιν θανούσαιν θ'.

V. 1463. Hunc versum corruptum esse nemo criticorum iam dubitat, sed de emendatione minime constat, neque hucusque repertum est quod ab omni parte satisfaciat. Vox ἡμὴ vitii sedes visa est omnibus, qui locum tentarunt. Ea Hartungio in ἤδη, Nauckio in ἡμῶν (sed simul rescripto ἐπλήσθη pro ἐστάθη), Heimsoethio (K. S. p. 312) in ἀμῆς mutanda esse videbatur. E verbis ἄνευ τοῦδ' fere apparet, sensum versus praecedentis nullam admittere ipsius Oedipi mentionem; id quod unus Hartungius videtur intellexisse. Recte vero Nauckium verbum *implendi*, unde suspensus sit genitivus βορᾶς, requirere arbitror. Quare videndum an, coniuncta utriusque viri docti coniectura, scribendum sit: οἷν οὔποτ' ἤδη χωρὶς

ἐπλήσθη βορᾶς τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός; i. e. *quibus numquam adhuc separatim mensa cibis impleta est sine hoc viro* (= sine me). Vox *χωρὶς* per se obscurior indigebat explicatione *ἄνευ τοῦδ ἀνδρός*.

V. 1466. Pro *αἷν* scripsi *τοῖν*, nam opus est demonstrativo, si locum, ut recte fecit Dindorfius, sic interpretamur, ut cohaereant verba *τοῖν δ' ἀθλίοιν — παρθένοιν — μέλεσθαι*, nec Genetivus *τοῖν — παρθένοιν* suspensus sit a praegresso *πρόθῃ μέριμναν*, ut minus recte statuerat Elmsleius. Sensit hoc Brunckius, qui ex apographo recepit *ταῖν*.

V. 1467. *ἀποκλαύσασθαι κακά*. Cf. Trach. 153, Philoct. 939. Verbo medio similiter usus est comicus Vesp. 564 *οἱ μέν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὑτῶν καὶ προστιθέασιν | κακὰ πρὸς τοῖς οὖσι κακοῖσιν ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν*, ut scite hos vss. correxit Meinekius in *Vindiciis Aristophaneis*. Comparetur *δακρύεσθαι* Aesch. Sept. 796.

V. 1468 *ἴθ' ὦναξ*, ut mox *τί φημί*; et *λέγω τι*; extra versum positum. Cf. O. C. 315, 318, 1271, Philoct. 750, Trach. 865, 1081 sqq.

V. 1472. *οὐ δὴ κτέ.* „Ita qui loquitur indicat, opinor, non „modo praeter expectationem sed invito se animo audire „gemitum filiarum. Cf. Phil. 1233, Antig. 381. Adde Soph. „ap. Stob. Flor. 77, 9. Atque sic, ut puto, constanter. „Vide locos a Cobeto Mnem. XI p. 228 congestos. Quare „vereor, ne S. scripserit *ἤδη κλύω κτέ.*" Meinekius An. Soph. p. 245 sq.

V. 1473. *δακρυρροεῖν*. Notandum est, constanter veteres scripsisse *τριχορρυεῖν* et *πτερορρυεῖν*, non *τριχορροεῖν* et *πτερορροεῖν*, quae apud sequiores demum reperiuntur. Euphonia in causa fuisse videtur.

V. 1477. Vitiosa esse vocabula *ἥ σ' εἶχεν πάλαι* dudum agnovere critici. Neque enim probabile est verba *τέρψιν — πάλαι* breviloquentia quadam dicta esse pro *τέρψιν τοῦ πόθου, ὅς σ' εἶχεν πάλαι*. Cf. Eurip. Phoen. 194, 316. Nihil autem proficitur Hartungii mutatione, qui edidit *ἣν εἶχες πάλαι*. Sententiam bene assecutus est Nauckius coniiciens *ἧς εἶχες πόθον*, sed paulo et lenius et elegantius possis *ἧς σ' εἶχεν πόθος*. Cf. v. c. Philoct. 646. *Πάλαι*, postquam

πόθος exciderat, suppletum esse suspicor, nisi forte litera *π* sola olim superfuit. [1])

V. 1481. Elmsleio solus, quod sciam, sed merito obtemperavit Hartungius pro *ὡς* reponenti *ἐς*. Eodem modo corrigatur Trach. 365.

V. 1482 *Φυτουργοῦ πατρός*, pleonastice, ut saepe *ὁ Φιτύσας πατήρ*, *ἡ τεκοῦσα μητήρ*, *Φθίμενοι νέκυες*, similia multa. Cf. Aesch. Suppl. 586, Soph. Trach. 359.

V. 1483. Verbum *προξενεῖν* saepius tam ligata quam pedestri oratione translate usurpatur pro *παρέχειν* s. *περιποιεῖν τί τινι*. Cf. Trach. 728, O. C. 465.

V. 1485. Quaeri possit, an eadem servata metaphora poeta dederit: *ἀροτὴρ ἐΦάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην*. Sic Euripides in Troad. v. 135 Priamum appellavit *τὸν πεντήκοντ' ἀροτῆρα τέκνων*.

V. 1490. *κεκλαυμέναι*. Cf. Aesch. Cho. 457 et 731. Nota sunt Homerica illa *δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε* et *δεδάκρυνται δὲ παρειαί*. Cf. ad v. 1467.

V. 1493. *τίς παραρρίψει;* i. e. *quis alcam inibit?* Soph. in Scyriarum fr. ap. Stob. LIX, 3 de mercatoribus: *λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς, | ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύΦθοροι, | ἢ 'σωσαν ἢ 'κέρδαναν ἢ διώλεσαν*. Ceterum hoc loco malim: *Τίς οὗτός ἐστιν, ὃς παραρρίψει* vel *τίς ἐστι, τίς ποθ', ὃς παρ.* Cf. Philoct. 990, 1241. Ibid. 1242: *τί Φής; τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε;* Legendum aut *τίς ἐστι κτέ.*, aut *οὑπικωλύων*, nam utrumque Graecum est. Cf. Eur. Ion. 1019.

V. 1494 sq. Absurdam codicis scripturam alius alio modo emendare conati sunt viri docti. Brunckius: *ἃ τοῖς ἐμοῖς | ἐστίν, γονεῦσι σΦῷν θ' ὁμοῦ κτέ.* Hartungius: *ἃ τοῖς γάμοις*. Schneidewinus: *τοῖσδε τοῖς | γονεῦσι* vel cum Arndtio: *τοῖς ἐμοῖς γαμβροῖσιν*, quod propter v. 1502 ferri non posse recte observat Nauckius. Non magis verum est, quod nuper Heimsoethius (K. S. p. 231) legendum contendit: *ἃ 'κ τῆς ἴσης | γονεῦσί τ' ἔσται*, nam post hanc formulam male deinde

---

1) Ita quoque explicari potest corruptela, quae invasit Eurip. Hel. 1287 *κοὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ κατθανὼν πόσις*, ubi *πάλιν* procul dubio verum est.

abundarent vocabula θ' ἐμοῦ. Eadem falsam esse clamant coniecturam M. Schmidtii in Philologo a. 1861 ἃ τοῖς ἐμοὶ συνοῦσιν ἔσται κτέ., siquidem filiae ipsae locum occupabant inter τοὺς Oedipo συνόντας. Hoc vero satis constare mihi videtur recte Hartungium et Heimsoethium vitii sedem quaesivisse in vocabulis τοῖς ἐμοῖς. Idem fecit Meinekius, qui in An. Soph. p. 246 tentat: ἃ τοῖς τέ τοι | γονεῦσιν κτέ., in qua coniectura quod ipsi placet τοι, mihi vehementer displicet. Huius igitur vestigiis insistens suspicor Sophoclem scripsisse: ἃ τοῖσί τε | γονεῦσιν, supervenisse autem sciolum, qui verbis male intellectis superscripserit interpretamentum ἐμοῖς, quod inde textui se insinuaverit.

V. 1496. τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; Eur. Hel. 217 τί γὰρ ἄπεστί σοι κακῶν;

V. 1496 sqq. Similiter eadem de re Aeschylus Sept. v. 753 sq.: ὅστις μὴ πρὸς ἁγνὰν σπείρας ἄρουραν ἵν' ἐτράφη, ῥίζαν αἱματόεσσαν ἔτλα. Nauckius hunc locum sic in brevius contrahendum coniecit, ut legamus: τὸν πατέρα πατὴρ | ὑμῶν ἔπεφν' ὅθενπερ αὐτὸς ἐσπάρη | κἀκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ. Recte quidem Meinekius A. S. p. 247 explosit Nauckius scrupulum ἠρόθη parum honeste dictum videri, sed an ipse locum persanaverit scribendo aut ὅπου aut ἠρόθη pro ἐσπάρη, valde dubito. Nempe ἐκ τῶν ἴσων pro ἐκ τῶν αὐτῶν dictum vehementer mihi suspectum est, neque igitur scio an hoc nomine Nauckii audacia felix praedicanda sit. Sin minus malim, ut ap. Aesch. l. l., ὅθεν — ἐ τ ρ ά φ η.

V. 1502. χερσούς. Hoc vocabulum, quod proprie de tellure dictum significat *sterilis*, hoc unico loco ponitur pro ἄπαις.

V. 1505. Huius quoque loci certa emendatio nondum est reperta. Dawesii coniecturam περιίδῃς impugnavit Porsonus ad Medeae vs. 284 tragicos ab hoc verbo abstinuisse vere monens. Non enim hic usus excusari potest Horatiano illo *tragicus plerumque dolet sermone pedestri*, quod sensu dictum est longe diverso. Ipse igitur coniecit: μὴ παρά σφ' ἴδῃς. At verbum παρορᾶν iuxta cum illo tragicis fuit incognitum, quare non verior videtur Bergkii coniectura παρ' οὖν ἴδῃς. Denique parum probabilis est Erfurdtii sententia μὴ σφ' ἀτιμάσῃς iusto audacius nec satis apte coniicientis.

Quo vero sensu in vita communi ponitur verbum περιορᾶν, verbo simplici usus est Euripides in Oreste v. 746, ubi hic Menelao supplicat: μή μ' ἰδεῖν θανόνθ' ὑπ' ἀστῶν καὶ κασιγνήτην ἐμήν (quem locum male tentat Gentius Mnem. VI p. 441), cf. v. 1329 et Med. 712 et Aesch. Suppl. 427. Hinc mihi venit in mentem, an manus poetae fuerit: μή σφ' ἴδῃς (ποτὲ) κτέ., ut πατρίδης fluxisse putandum sit ex interpretatione.

V. 1506. ἐκγενεῖς scripsit Dindorfius, ut sit *cognatorum praesidio destitutae*, sed hoc vocabulum nullum habet fideiussorem; quod idem valet de alia coniectura ἐκστεγεῖς. Nec prorsus eadem ratio est vocabulorum ἔκδικος, ἔκτιμος, ἔκδημος. Utrique praestare videtur Heimsoethii suspicio ἀξένους. Ipse conieci πτωχὰς ἀνάνδρους γῆν πρὸ γῆς ἀλωμένας. Ad tuendam codicis lectionem frustra comparatur Heracl. 223 σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν, χωρὶς ἐν (graviter corrupta) πόλει κακόν, ἱκέτας ἀλητὰς συγγενεῖς, οἴμοι κακῶν, βλέψον πρὸς αὐτοὺς βλέψον, ἕλκεσθαι βίᾳ, cuius loci longe diversa est ratio. Vide tamen an ἐγγενεῖς retineri possit, sed addita particula γε, cl. Iph. A. v. 84: κἀμὲ στρατηγεῖν, κάρτα Μενέλεω χάριν, εἵλοντο, σύγγονόν γε, et Soph. O. C. 1278, ut sensus sit *noli pati eas, tuas quippe consanguineas, mendicas vagari.* Ad πτωχὰς — ἀλωμένας cf. Heracl. 318 πτωχοὺς ἀλητάς.

V. 1510. ξύννευσον. Hoc unico loco pro κατάνευσον.

V. 1512. Pro εὔχεσθέ μοι Meinekius An. S. p. 247 corrigit εὕρεσθέ μοι. Dindorfius autem violenta mutatione rescripserat ηὖχθω μόνον. Si quid mutandum sit, scribam: νῦν δὲ τοῦτ' εὐχή 'στί μοι, cl. Dem. XIX 82. Sed codicis scriptura nihil habet absurdi, modo intellegas μοι esse Dativum ethicum, quae res non observata fraudi fuit criticis. Auctor est Oedipus filiabus, *ut ipsae precentur, ut faustior sibi vita quam patri contingat.* Ad Dat. cf. Eur. Med. 1204, Hec. 605 (l. μοι pro μου), 739, 979. Meinekio tamen morem gessi pro ἀεὶ optime rescribenti ᾗ (non ἐᾷ cum Dindorfio), unde, ut ipse ait, veteri literatura EI scripto facillime ἀεὶ nasci potuit.

V. 1515. Post ἅλις fere constanter omittitur verbum εἶναι. Cf. 1061, O. C. 194, Trach. 332, Philoct. 892.

V. 1516. Ad stichomythiam cf. Philoct. 1402 sqq. Nus-

quam autem alibi tetrametris in exitu dramatis Sophocles usus est, Euripides in solo Ione, Aeschylus in uno Agamemnone.

V. 1517. λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι. Locis, quos similes attulerunt interpretes adde Eur. Iph. 523: ὃν σὺ μὴ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν λόγον; Hecub. 999 sq. et Aesch. Agam. 521.

V. 1518. Pro ὅπως malim ἐφ' ᾧ, ut apte haec respondeant praegressis.

Vss. 1524—1530 sepsi uncinis, secutus verissimam Alexandrinorum sententiam, cuius haud obscura vestigia exstant in vetusto scholio ad vs. 1523: καὶ αὐτάρκως ἔχει τὸ δρᾶμα, τὰ γὰρ ἑξῆς ἀνοίκεια, γνωμολογοῦντος Οἰδίποδος. Neque enim, opinor, huiusmodi sententiae morales in Sophoclearum fabularum exitu usquam recitantur a protagonista, sed ubiubi occurrunt, paucis verbis hoc fit a choro. Praeterea hos vss. suspectos reddit simillimus exitus *Phoenissarum*, unde profecisse videtur interpolator. Apparet autem e scholio, quod modo laudavi, Oedipo hos vss. tribuisse Alexandrinos non choro, quod hodie perperam faciunt omnes editores excepto uno Hartungio, qui recte sic scribit. „Es wäre wahrhaft lächerlich, wenn der „Chor, nachdem Oedipos entweder bereits hineingegangen „ist, oder doch den Zuschauern den Rücken zugedreht hat, „den Zuschauern zuriefe: Seht da, das ist der berühmte „Oedipos u. s. w. Ausserdem ist zu bedenken, das die Anre- „de ὦ πάτρας κτέ. nur auf dem Chor selbst im Munde des „Oedipos passt, welcher nach v. 144 das versammelte Volk „von Theben vorstellt. — und das die Zuschauerschaft des „Athenischen Theaters doch wohl unmöglich vom Chor als „Einwohner Thebens angeredet werden könnte." De eadem re monuit Cobetus in Mnemos. V p. 267.

Satis autem callide interpolator arripuit vetus dictum Solonis, quod memorat Herod. I c. 32: ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με οὔ κώ σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι, de qua voce cf. Cic. de Fin. II § 87. Ea enim vehementer cum alios tragicos delectatos esse tum ipsum Sophoclem probe noverat. Conferunt vv. dd. Eur. Andr. 100, Troad. 513, Suppl. 270, Iph. A. 161, H. F. 103, Aesch. Ag. 937 et Soph. Trach. v. 1. Quibus locis adde egregium fragmentum Sopho-

cleum apud Stob. Flor. CV 3 et Ovid. Metam. III 135 sqq.

V. 1526. Veterem lacunam τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασιν expletam esse suspicatur Cobetus Mnemos. V. p. 267. Spurium totum vs. habuit Jacobsius probantibus Wundero et Dindorfio, neque ego dissentio, quippe qui totam hanc gnomologiam alienam putem a Sophocle. Non tamen ita ut hodie legitur scripsisse puto interpolatorem, sed potius qualem Hartungius edidit ex Martinii, Ellendtii et Musgravii coniecturis: τίς οὐ ζήλῳ πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπέβλεπεν; Cf. O. C. 1133.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

V. 293. ὁρᾷ. Loci Antig. 239 alia ratio est.

V. 464. Quamvis οἶδε ferri possit, εἶπε non est sollicitandum.

V. 923. An forte poeta dedit: ὡς κυβερνήτην λεώς, h. e. ὡς (ὁ ναυτικός) λεὼς ὀκνεῖ ἐκπεπληγμένον βλέπων τὸν κυβερνήτην? Propter viciniam vocabuli κυβερνήτης non opus fuit addere ναυτικός.

V. 1280 sq. Si quid in his vss. genuinum, fuerit forsitan: τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγε συμμιγῆ κακά. Nescio tamen an melius (quod feci) cum Dindorfio utrumque deleveris.

V. 1405. ANЄITЄTAΥTON et ANЄITЄATAΛHTON vix dignoscas.

P. 77 v. 20. Pro § 17 lege § 217.

P. 78 not. 1. Laetus video in Seyfferti editione Supplicum, quae mihi his diebus affertur, v. 646 fere eodem modo emendari.

P. 79 not. 1. Reputes, velim, v. 38 H. F. esse manifesto spurium. Nihilominus ibi quoque καινὸς dedisse videtur interpolator.

P. 100 adn. ad v. 214. sq. Schoenius in *Musaeo Rhenano* a. 1848 p. 305 suspicatur: πλασθῆναι (debuerat saltem πλαθῆναι) φλέγοντ' | ἀγλαῶπι σὺν (vel τᾷ) | πεύκᾳ κτέ. et in vss. strophicis, deletis vocabulis ὦ Ζεῦ, : τὸν ὦ πυρφόρων | ἀστραπᾶν κράτη | νέμων πάτερ κτέ. Et verba ὦ Ζεῦ glossatori deberi satis videtur probabile.

P. 102 adn. ad v. 28. Cf. Gellius N. A. II 6.

P. 106 et 175. Pro prodosi(n) lege: protasi(n).

P. 112 adn. ad v. 370. Cf. etiam Ion. 825.

" " " " " 371. Insuper dubito an Graece recte dicatur τυφλὸς τὰ ὦτα, et displicet νοῦς interpositum vocabulis ὦτα et ὄμματα. Cf. Theogn. 1163.

P. 123 " " " 579. Scrupulum tamen mihi iniiciunt verba Creontis: ἰσοῦμαι σφῶν — τρίτος.

P. 126 " " " 603. His tamen exemplis non defenditur Eur. H. F. 59, ubi necessarium est ἔλεγχος — ἀψευδέστατος.

P. 137 " " " 740 sq. In Antig. 70 emendatione, calami an typorum errore incertum, legitur ἠνεσχόμην. Volebam ἀνεσχόμην νέκυν κτέ. Cf. O. R. 417.

P. 136 not. 1. Hanc coniecturam occupatam esse video a Musgravio.

P. 138 adn. ad vss. 760. *mentem* L: *mentum* (vel genua).

P. 173 " " " 1244. Addo Theocr. Idyll. XIII 58 sq. et Herod. I 86 e locis bene multis.

P. 178 not. 1. Cod. habet ῥίγνυται, non ῥήγνυται. Vide Bergk. Lyric. ed. III p. 758.

P. 194 adn. ad v. 1524—1530. Eadem de re video monuisse virum doctum in Philologo a. 1861.

INDEX SCRIPTORUM, QUI IN ADNOTATIONE TENTANTUR.

ANALECTA TRAGICA.

SOPHOCLIS AIAC. 669. ΤΙΜΑΙϹ corruptum suspicor e ΠοΛ-ΛΑΙϹις, i. e. πολλάκις. Ὑπείκει absolute positum, ut v. c. O. R. 625.

ELECT. 215. Pro οἰκείας l. οἵας. Ceterorum emendatio incerta. Ib. 780 ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας | ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν. Conieci ψεκάζειν, seu potius ψακάζειν, quemadmodum apud poetas Latinos frequenter somnus dicitur *irriguus* et *rigare* homines. Verg. A. v. 824. *Ecce deus* (*Somnus*) *ramum Lethaeo rore madentem cett.* Verbo καταψεκάζειν usus est Aesch. Ag. 547.

907. Pro μολεῖν nescio an verum sit πέλον vel πέλειν. Quod coniecit Reiskius μ' ἑλεῖν pro με λαβεῖν Graecum non est.

1148 suspectus.

1458. κἀναδεικνύναι πύλας — ὁρᾶν. Graecum est ἀναπιτνάναι πύλας. Totum locum sic correxerim: σιγᾶν ἄνωγα κἀναπιτνάναι πύλας, | ὡς εἴ τις ἀστῶν (pro αὐτῶν) ἐλπίσιν κεναῖς πάρος | ἐξῄρετ' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὁρῶν νεκρὸν | στόμια δέχηται τἀμὰ κτέ., deleto v. 1459, in quo inepte iunguntur tanquam diversi Argivi et Mycenaei, quos eosdem esse sermone tragico satis constat. Fieri autem potest, ut iam olim exstiterit haec varia lectio: κἀναδεικνύναι κύτος s. σποδόν, i. e. *urnam*, s. *cineres* Orestis.

OED. COL. In vss. Epimenidis ap. Schol. ad v. 42 post irrita multorum conamina coniicio Ἐρίνυες αἰολέθειροι (pro αἰολόδωροι), i. e. *vipereis crinibus*, siquidem αἴολος proprium est anguium epitheton, itaque hoc adi. significat δρακοντόμαλλος = δρακοντοέθειρα.

663. An πλώιμον?

665. γνώμης corruptum. Sententia requirit λόγχης vel αἰχμῆς vel, quod Meinekius coniecit, ῥώμης.

954—959 non una de causa habeo suspectos.

1231. Intellegam: τίς πλαγὰ (pro πλάγχθη) πολύμοχθος ἔξω, τίς | οὐ καμάτων ἔνι; Cff. Aesch. Eum. 893, Ag. 358, 461.

1358. Suspicor: ὡς νῦν δακρύεις δῆθεν (*scilicet*) εἰσορῶν, ὅτ' ἐν | ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί, deleto interpretamento πόνῳ, quod sequitur post ἐν. Particula δῆθεν necessaria est, quia cum ironia respicitur ad vss. 1254 sqq. Similiter Cobetus correxit Helenae v. 21: δίωγμα φεύγων (δῆθεν), εἰ σαφὴς λόγος, eiecto οὗτος ante λόγος.

1543. ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν | σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, ὥσπερ σφὼ πατρί. Malim: ὡς πρὶν σφὼ κτέ.

1583. Possis: ὡς λελοιπότα | τὸν (ἐν φ)άει βίον νιν ἐξεπίστασο. Cf. Hec. 169, Phoen. 1287.

Antig. 203 spurius. Verba sqq. pendent a λέγω v. 198, nec τάφῳ — κωκῦσαι recte dictum videtur.

289. Πόλεως ἄνδρες non addito pronomine mire dictum. Suspicor: οὐκ ἔστιν, (οὐκ ἔστ')· ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι | ἄνδρες κτέ., eiecto πόλεως.

721. Qui diligenter cum h. l. comparaverit Hesiod. Op. et D. 291 ac Cic. p. Cluent. c. 31, non dubitabit mecum reponere: φῦν' αὐτὸν ἄνδρα pro φῦναι τὸν ἄνδρα κτέ.

888. Τυμβεύειν nove dictum pro τυμβεύεσθαι nec satis aptum sententiae, quae fere postulat, ut Creon cum acerba ironia dicat: εἴτε χρῇ θανεῖν, εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα νυμφεύειν στέγῃ, i. e. *sive vult mori sive in huiusmodi aedibus nupta vivere.* Cf. 654 et imprimis 1204 sq. Praeterea his verbis Creon quamvis inconscius praedicit, quae filio suo Haemoni accidunt v. 1240: τὰ νυμφικὰ τέλη λαχὼν δείλαιος εἰν Ἅιδου δόμοις.

906. ἐτήκετο pro ἐσήπετο, quod hac in re proprium est, non videtur sollicitandum. De industria poeta ad minuendam rei atrocitatem utitur leniore vocabulo.

TRACH. 327. τύχῃ. Corrige δύῃ. Cf. Ai. 918.

Ib. 781. Suspicor: κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσου κρατὸς διασπαρέντος, αἷμά τ' ὄμβριον pro αἵματός θ' ὁμοῦ. Cf. O. T. 1276 sqq. Non ignoro locum Athen. II p. 65 F. Praeterea malim κρατὸς διαρραγέντος.

1178. νόμον κάλλιστον ἐξευρόντα. Lege εὖ τηροῦντα. Prorsus similiter Reiskius Electr. 278 pro εὑροῦσα restituit τηροῦσα.

1209. Vocabula τῶν ἐμῶν delenda ut interpretamentum olim adscriptum ad ὧν ἔχω.

PHIL. 782. Suspicor: μή μ' ἀφέλῃ τυχή scil. τὸν πλοῦν pro μή μ' ἀτελὴς εὐχή.

AESCHYLI AGAM. 499. Pro ἀποστέργω malim ἀποστυγῶ.

637. Fort. χωρίς (sc. ἔστω), εἴ τι μὴ φίλον pro ἡ τιμὴ θεῶν.

641. Pro ἐξαγισθέντας — μάστιγι suspicor ἐκραπισθέντας.

723. L. εἴχετ' ἀγκάλαις.

735. Conieci ἔκθυμος, *rabidus*, pro ἐκ θεοῦ, quod tam metro quam sententiae repugnat. ΕΚΘΥμος corruptum in ΕΚΘΥ, i. e. ἐκ θεοῦ. Cf. ad O. R. 894.

913. L. θήσει — σὺν θεοῖσιν ἅρμενα pro θεοῖς εἱμαρμένα.

1289. ἰοῦσα πράξω τλήσομαι τὸ κατθανεῖν. Requiritur vocabulum e regione oppositum praegresso κάτοκνος; quare conieci ἰοῦσ' ἄθρακτος (= ἀτάρακτος).

1310. Pro τόδ' ὄζει l. προσόζει. Cf. Philem. ap. Ath. IV. 133 A.

1388. Suspicor: οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ἀσθμαίνει 'κπνέων pro ὁρμαίνει πεσών. Cf. v. c. Il. I 367.

1401. An ἀπόδικος ἀπόθεμίς τ' ἀπόπολίς τ' ἔσει? Cod. ἀπέδικες ἀπέτεμες ἄπολις δ' ἔσει. Cf. Homericum illud: ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιος κτέ.

1638. L. ἐχθρὸς ὢν pro ἤ. Deinde conieci ἔχων δὲ τοῦδε σκῆπτρα νῦν πειράσομαι | ἄρχειν πολιτῶν. Codd. ἐκ τῶνδε τοῦδε χρημάτων κτέ.

EURIPIDIS MED. 94. (Kirchh.) Necessario legendum κατασκῆψαί ('σ) τινα. Cf. v. c. Hipp. 1418.

254. σοὶ μὲν γὰρ πόλις ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμοι. Ita Vaticanus (B Kirchh.) Ceteri om. γάρ, eaque lectio male recepta est. Cl. 1008 sq. corrigatur: σοὶ μὲν πόλις γὰρ ἐστὶ κτέ.

270. ὁρῶ δὲ καὶ Κρέοντα L. δέ σοι. Vs. praecedens Μήδεια — τύχας mihi suspectus.

280. εὐπρόσοιστος ἔκβασις. An εὐπόριστος?

451. Usus suadet: λέγουσ' Ἰάσον' ὡς κτέ. pro Ἰάσων.

762 spurius, fictus e. v. 797.

925. Pro ἀπαίρομεν malim ἀπαροῦμεν.

1096 sqq. Sic videntur corrigendi: καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον χρηστοί τ' ἐγένοντ'· εἰ κυρῶσαι δαίμων οὕτως, Φροῦδος ἐς Αἴδην θάνατος προφέρων σώματα τέκνων.

Libri post εὗρον inserunt σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων et deinde exhibent εἰ δὲ κυρήσας δαίμων οὗτος. Sensus: *si deus ita decreverit.*

1170. Suspicor ἤδη δ' ἑλίσσων (pro ἀνέλκων) τερμόνων ἂν ἥπτετο (pro ἀνθήπτετο cum Porsono). Cf. I. A. 215, Or. 172. *Velociter currentes* Gr. dicuntur ἑλίσσειν et ἐρέσσειν πόδα s. κῶλον: qui *aegra genua trahunt*, ἕλκειν. Cf. Phoen. 302. ΕΛΙϹϹΕΙΝ autem et ΕΛΚΕΙΝ sunt simillima.

Phoen. 734. Pro κἀκεῖ requiro κάρτ' εὖ.

874. Melius intellegam θεῶν σωφρόνισμα κτἑ. quam σόφισμα. *Poena divinitus inflicta et documentum Graiis.* Cf. Aesch. Suppl. 970.

Orest. 284 sq. Bis leviter peccatum. L. εἰ μήτ' ἐκεῖνός (γ') — ἐγώ θ' (pro δ') ὁ τλήμων κτἑ.

551. Pro ἰδίοισιν ὑμεναίοις suspicor ἀδίκοισιν, i. e. *illegitimis*, ut Suppl. 1027 δίκαιοι ὑμεναῖοι vocantur *legitimae nuptiae.*

Alc. 165. ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων | ἐσθῆτα. *Arcam* δόμον dici posse quis credat? Cll. El. 828 et Plat. Tim. 71 C, lege δοχῶν s. potius δοκῶν, i. e. *receptaculo.* Cf. Hesych. δοκήν· — δοχήν.

187. σώφρων — ἴσως. Imitatur h. vs. Ovidius Trist. I 6.

392. Moribunda Alcestis ad maritum insolabilem: χρόνος μαλάξει σ'· οὐδέν ἐσθ' ὁ κατθανών. Mirum sane solatium! Lacuna, ni fallor, olim stolide expleta, Eur. autem aliquid scripserat in hanc sententiam: οὐδὲν ἠπιώτερον s. εὐμαρέστερον (χρόνου scil.). Cf. Soph. El. 179.

Andr. 169 sq. Fort. οὐ Πρίαμος ὁ πολύχρυσος pro οὐδὲ χρυσός. Habet tamen quo se commendet Valckenaerii coniectura οὐδὲ Τρῶες.

195. In corruptissimis verbis τύχῃ δ' ὑπερθεῖ nescio an lateat αὐτὴ δ' ἐπράθης, quibus aptissime opponerentur sqq. κἄμ' ἐλευθέραν ὁρᾷς. Deinde scribatur: ἤ που (pro τῷ) νέῳ κτἑ.

433. Pro μήποθ' lege μηκέθ' et mox κἂν pro καὶ, cll. 434 et 359.

466. Pro ἀνδρὸς vide an scribendum sit ἀμός, quod iungatur cum πόσις.

544. Ambigas, utrum cum Piersono pro ἐκδήσαντες corrigas ἐνδήσαντες, an ἐγκλήσαντες. Cf. 492.

541. ῥώμην μ' ἐπαινῶ λαμβάνειν. Immo vero μενοινῶ, i. e. *cupio*. Cf. Cycl. 447.

583. ἄδουλα δώματα non probabile est reliquisse Menelaum, sed ἄφρουρα. Uxoris custodiam nemini domo proficiscens commiserat.

628. Post pulcherrimam imaginem πολλάκις — σπορᾷ vehementer friget eius explicatio: νόθοι — ἀμείνονες. Hic saltem νόθος non videtur γνησίων ἀμείνων.

859. In δωμάτων latet aut, quod Brunckio auctore repositum est, βημάτων, aut γουνάτων.

1035. σοῦ — παιδὸς παιδί. Tragicorum consuetudo suadet σῷ κτέ.

1170. Pro κύρσας, quod vitio natum est e sq. συνέκυρσας, satisfaciat tum πληγείς tum καμφθείς. Similiter

Troad. 86 σέβειν natum ex εὐσεβεῖν v. sup. Possis τίειν.

227. Forsitan: τάν τ' ἀγχιστεύουσαν γᾶν | Ἰονίου λαίτματι (Vatic. ναῦτα) πόντου.

274. Pro καὶ τήνδ', nam καὶ sensu vacuum, requiro ταύτην.

610. An μοῦσά θ' ἣ λύπας στένει pro ἔχει?

676. ξυνέσει parum eleganter repetitum e v. 674. Suspicor γνώμῃ.

911. Fort. ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι | τοῖς σοῖσι τἀμὰ πάνδικ' (pro καὶ τά σ') αἰτιάματα.

956. δικαίως. An δικασθεῖσ'?

1132. Suspicor: ὅπῃ σοι δυνάμεως ἔχει τὰ σά, i. e. *prout res tua permittat*. Cf. 1190.

1172. Pro ἀπάξω l. ἐπάξω.

Rhes. 284. ἄνακτος προὐξερευνητὰς ὁδοῦ. An ἄνακτα προὐξερευνητῶν i. e. *ducem exploratorum?* Cf. Suppl. 690, Cycl. 86. Insuper pro στείχων vide an verum sit στίχων, i. e. *ordinum*.

673. Supplendum videtur: *θανεῖ τἄρ' (,ὅστις εἶ,) δράσας κακῶς.*

751. Pro *θανόντι* lege *φθίνοντι.* Cf. *Danäes* fr. ap. Stob. Ecl. Ph. I p. 216.

950. Duo hemistichia exciderunt post *ὀφείλων.* Sententia: *etsi statim venire debuerat, non venit nisi sero.*

Suppl. 244. Aut *ἀφιᾶσιν*, quod supra conieci (p. 121), mutandum in *ἀφιέναι*, suspensum ut sit a *δεινοί*, aut, quod vel lenius, pro ΔЄΙνοι corrigendum ΑЄΙ, i. e. *ἀεί.*

310. L. *μοῖραν* (pro *μοίρας*) *λαχεῖν*, i. e. *μεταλαχεῖν.* Cf. Suppl. 1078, Antig. 917.

409. Pro *ἔχων ἴσον* possis *ἔ(λα)χεν ἴσον.* Cf. I. T. 1015. Nescio tamen an praestet *ἴσον (σθένει)*, cl. Andr. 672, ut *ἔχων* debeatur correctorum acumini. Similiter nemo ferat quod legitur infra

574. *πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους [ἄλλους] πόνους.* Supplendum *ἐγώ.*

752. Pro *καθαιρεῖσθ'* expectabam *διαιρεῖτ'*, i. e. *decidítis.*

820. Pro *χέρας* l. *χερῶν.* Cf. Ion. 762.

841. Pro *ἀφήσω* l. *ἀφῆκα*, expunctis duobus hemistichiis, quae praegressorum continent interpretationem: *τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν εἴασα μύθους.*

885. *ἔχαιρε — ἵπποις τε χαίρων.* Cl. Ar. Vesp. 443, suspicabar *ἵππους τε χειρῶν.* Magis tamen cothurnum spiraret: *ἵππους τ' ὀχμάζων.* Cf. El. 817.

890. [*παῖς*] *Παρθενοπαῖος.* Cl. Aesch. Sept. 529, deleverim *παῖς*, aut metri causa aut ad interpretandum subst. *γόνος* male insertum.

916. *διδακτόν* bene servavit Stobaeus.

947. Certa emendatione repono: *πικρὰ γὰρ ὄψις α(ἱ)ματωφ' ἕλ(κ)η νεκρῶ(ν).* Optimi libri: *πικραὶ γὰρ ὄψεις καμάτω πέλει νεκρῶ.* Litera *κ* in *καμάτω* errore adhaesit ex *ἕλκη*, unde sic factum *ελει*, literaeque *π* originem repeto e perversa scriptura *αἱματῶπ' ἕλκη* vel e neglecta elisione.

1073. Pro *φίλον* l. *φίλως.*

1106. Fort.: *κατεῖχε χερσίν· οὐδὲν ἥδιον πατρὶ* et v. sq. *μὲν* pro *δέ.*

Ion. 39. *κύτος* male repetitum e v. 37. Suspicor *πλέκος.*

168. *αἱμάξεις, εἰ μὴ πείσει, τὰς καλλιφθόγγους ᾠδάς.* Kirchh.

αἱμάξω σ' — παύσεις, quod verum non esse apparet. Non enim cantu delinquebant aves, sed eo quod templo appropinquabant. Corrigatur unum ΑΙΜΑΞΕΙC in ΑΛΛΑΞΕΙC, i. e. *mutabis — pulcros tuos cantus* (in flebiles eiulatus scil.)

185. Suspicor: *οὐκ ἄρ' ἐν ζαθέαις 'Αθάναις — ἦσαν κτέ.*, ut insertus articulus expulerit necessariam particulam.

372. Iure K. damnat *καί*. Suppleo: (*μή*,) *μήγ' ἐπ' οἶκτον μ' ἔξαγ'.*

590. Suspectum *πατρός*. Conieci *χθονός*. Cf. 672.

610. Verum puto: *ὅσοι δὲ χρηστοὶ δυνάμενοί τ', ὄντες* (pro *εἶναι*) *σοφοί, σιγῶσι κτέ.* Opponuntur in praegr. *οἱ ἀδύνατοι.* Sciolus sanissimum locum, quem non intellegebat, ultro corrupisse videtur.

613. Intellegam *ψόγου* pro *φόβου*; et ita Musgravius.

855. Badh. *εἰ γὰρ σὺ φείσει τοῦδ'.* Debuerat simul *τῶνδ'.* Cf. 853 sq. Aut hoc verum est, aut *εἰ γὰρ παρήσεις τοῦτ'.* Codd. *εἰ γὰρ γ' ὑφήσεις τοῦδ'.*

Iph. Taur. 280. *ἡ δ' ἐκ χιτώνων.* Fort. *ἡ δ' ἄγχι νώτων κτέ.*, ut haec dicat miser, respiciens post tergum.

335. Suspicor: *τὰ δ' ἔνθαδ' ἡμεῖς φροντιοῦμεν, οἷς μέλει.*

341. Spurius, nec magis Euripideos puto vss. 576 sq. (cf. 628 et 521 sq.), 724, 775 (cf. 748), 1441 sq. (cf. 1414 sqq.) et 1447 sq. (cf. 1421 sq). In ultimis falsarium prodit forma Macedonica *ἴτωσαν.*

465. An: *κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς πάρος?* Κακὸν est interpretamentum.

486. Deleto commate post *κασιγνήτω*, pro *γύναι* l. *γονῇ* vel *γένει.*

514. Necessarium: *ὥς* (*γ'*) *ἐν κτέ.* Cf. p. 129 adnotationis.

663. Fort. *κοινῇ με δεῖ πλεύσαντα καὶ κοινῇ θανεῖν.* Ni forte post v. 662 alius excidit.

747. An *πολλὰ γὰρ πολλῶν ἄκη* pro *κυρεῖ*?

821. L. *ὡς δ' αὔτως.*

873. *τοῖν μόνοιν 'Ατρείδαιν.* At in vivis erant insuper Electra et Chrysothemis. Fortasse legendum *δυσμόροιν.*

941. In absurdo *ὠλένῃ* latet *εὐμενής*. Cf. 1061.

1094. Conieci: *σύντροφος ὢν θυμαλγεῖ* (pro *μεταβάλλει*) *δυσδαιμονίᾳ.* Pro *εὐτυχίας* in sqq. iam alii correxerunt *εὐτυχίαν.*

1188. Verba Iphigeniae quae exciderunt, videntur fuisse εὖ λέγεις, i. e. *vere dicis.*

Iph. A. v. 351. τίνα πόρον εὕρω πόθεν; Glossema esse εὕρω mihi convenit cum Kirchhoffio, cui tamen τέμω reponenti non assentior. Verbum enim εὑρίσκω constans est verbi κιγχάνειν interpretamentum; quare suspicor κίχω. Cf. Hesych. in κιχάνειν et κιχεῖν.

437. ἰούσης τῆς τύχης. An δούσης?

662. An ἐς ταὐτὸ, θύγατερ, εἶθ' ἵκοιο σῷ πατρί? sensu ambiguo, ut omnia quae in hoc colloquio dicit Agamemnon.

682. Pro διώκει suspicor διαίνει, *humectat.*

876. L. τοῦτ' οὐκ εὖ φρονεῖ. Cf. 875, 893.

931. L. σὲ — οἶτον περιβαλὼν κατασπελῶ, *calamitatem, in quam te conieci, compescam.*

1164 et 1209 sq. spurii videntur.

1175. Pro πάντας suspicor παιδός. Cf. Alc. 945.

1347. Conieci: ὡς χρεὼν σφάξαι νεᾶνιν (pro νιν cum Fixio). — κοὔτις εἶπ' ἐναντία; Vulgo κοὐδεὶς ἐναντία λέγει;

1443. Pro τὸ θνήσκειν conieci θανοῦσιν.

Bacch. 279. καταγελᾷς cum Accusativo ferri nequit. L. διαγελᾷς, cll. 265, 315.

327. L. παρὰ σοῦ pro σοὶ, *a* te, non *apud* te, ut apparet e sqq.

357. γέροντε δ' αἰσχρὸν δύο πεσεῖν. L. γέροντι — δή.

446. An ἐκ παρασκευῆς, i. e. *de industria*, pro εἰς παρασκευήν?

605. Pro χεῖρα requiro χεῖρε.

728. ἐν χεροῖν δίκα. Non magis ferendum δίχα, nam vacca *iam discerpta* non amplius *mugit.* Suspicor ἀκμαῖς, cl. v. 1196.

793. Fort. δουλεύοντά (που) δούλαις ἐμαῖς; vulgo δουλείαις, ut correctum scil., posteaquam ΠΟΥ ante ΔΟΥ exciderat.

827. αἷμα θήσεις nimis ambigue dictum. Orta haec lectio videtur ex αἱματώσει (θή superscr.), i. e. *vulneraberis.*

1045. ποικίλα ζυγὰ quid sint ignoro. Intellegam κάμπυλα.

1145. νάρθηκά τε πιστὸν ἄίδαν. Collato Horatii loco *Carm.* II 19, 20, suspicor: νάρθηκα τε Βιστονίδων, i. e. *Baccharum.* Metrum est, quale v. c. Androm. 795: κλεινὰν ἐπὶ ναυστολίαν.

Heracl. 236. συμφορᾶς errore repetitum e v. 232. Fort. συννοίας. Cf. 381. Vide me ad O. R. 311.

332. Pro ὁρῶ praefero ὁρᾷ.

345. ἑζόμεσθα male correctum in ἑζώμεσθα. Latet εὐξόμεσθα, ut corrigere occupavit Cobetus.

355. L. ἐλθὼν pro ἐπελθὼν et in v. antith. 364 expunge θεῶν. Cf. Suppl. 280.

426. Pro χρήζουσαν praetulerim χρήζουσιν.

594. An κακούμενοι, i. e. *male habiti*, legendum pro θανούμενοι?

686 et 682 sedes inter se permutanto. Fons erroris fuit simillimum utriusque vs. initium.

815. An (οὐκ) ἦλθε λόγχης ἐγγὺς κτέ. pro ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγύς? Cf. H. F. 160, Soph. Trach. 853.

891. L. ἡδὺ χὴ pro ἡδὺς, εἰ.

923. ἔσωσε κείνας. An ἀμύνας?

950. ἐξαπολλύναι pendet ab ἔπεμπες. Quare exulato λέγων, pro quo substituerim χθονός. Cf. H. F. 857.

Hel. 26 additus a sciolo, qui aut ipse non satis assequebatur aut aliis explicare volebat, quid esset ἦλθον κάλλους πέρι in v. 23. Cf. Tro. 975.

38. Pro χθονὶ ob sequens χθόνα malim γένει.

62. Cobetum Mnem. V. p. 234 σκότῳ mutantem in κάτω redarguunt hi loci: Hec. 208, Hipp. 837, Meleagr. fr. XVII, 1.

91. τλήμων ἂν εἴης. L. ἄρ' εἴ τις.

129. Pro ἐν l. ἐπί. Cf. 774 et 154, ubi idem vitium sustulit Badhamus.

219. οὐκ εὐδαιμονεῖ. Vss. 138 sqq. docent poetam fere scripsisse οὐκ ἔστ' ἐν φάει. Verba tamen non praesto.

279. καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγώ. Badh. ἐγὼ κλύω. Lenius corrigas αὐδῶμ' ἐγώ. Cf. Phoen. 126.

311. τὸ δεῖμα. An τὰ δεινά? *Timor facit, ut pessima quaeque augurer*. Cf. vs. superior.

324. Spurius. Non magis genuinos arbitror vss. 327, 487 (v. 486 pro ἄγων l. ἄγω), 505 (arguit ἄγνωστος dictum de persona), 953—957 (quorum penultimus petitus est e Medea), 726, 741 sqq. (740 l. εἰ), 1026 (scribe εὔνοιαν v. 1025, cl. 880 sq.) et 1398.

325. Pro τοῖσδε l. τήνδε.

405. ἐπιδρομάς. An ἐπιστροφάς, i. e. *loca quo quis devertit?* Vide Hesychium i. v. Cf. infra 768.

420. ἀηθίαν Portus mutat in ἀηδίαν. Malim ἀθυμίαν. Cf. I. T. 1094 sqq.

454. Pro οὐκοῦν malim εἴ γ' οὖν.

531. Pro ζῶντα l. τῷδε. Cf. Bacch. 425.

532. L. πεπλευκότα. Πλώειν Ionum est.

539. Pro νίν που l. νῦν που. Causa vitii est in vs. praegresso.

593. λαβοῦσά σ' οὐχ ἕξω πόσιν. Immo λαβοῦσ' ἄρ' κτέ.

673. Post κατεδάκρυσα offendo in δάκρυσιν, quo interpretamento (ad ὑγραίνω) expulso, scribam: (ἁ Διὸς) ἁ Διός μ' ἄλοχος ὤλεσεν, ut supra 669 ὁ Διὸς ὁ Διὸς κτέ.

675. ὤμοι ἐγὼ δίνων egregie Badh., sed praeterea dele interpretamentum λουτρῶν καὶ κρηνῶν.

698. Ex usu formulae εἰ καὶ in v. praegr. constat poetam h. l. dedisse: οὐκ ἂν ἀρκέσαι, non ἀρκέσειεν ἄν.

703. οὐχ ἥδε, perperam repetitum e v. praegr., in hoc responso vehementer friget. Suspicor οὐ δῆτα, *non sane*. Cf. Hec. 756.

772. Pro πάντα l. τἄλλα. Illud est interpretis.

784. ἣν ἔτλην ἐγώ. Pugnant haec cum v. 794. Coniicio ὢ τλήμων ἐγώ. Cf. 1222.

865. An θείου δὲ σέμνον οἶμον (pro θεσμὸν) αἰθέρος, μυχοῖς ὡς κτέ.? Cf. Aesch. Prom. 394.

876. Suspicor: οὐδ' οἶδα (pro οἶσθα) νόστον οἴκαδ' εἴ σ' (pro εἴτ') αὐτοῦ μένει (pro μενεῖς).

922. Fort. τά τ' ὄντα καὶ μέ(λλοντα), τὰ δὲ δίκαια μή, expuncto a fine εἰδέναι, quod repetitum e v. sup. Cf. v. 14, et Ion. 7. Similem errorem Dind. sustulit Ant. 263.

1045. πεδίων ἄπειροι. Immo ὁδῶν. Suspicor, duabus primis literis vs. praegressi errore adiectis, πεόδων male correctum esse in πεδίων.

1095—1095. Tribuerim Menelao. Cf. 1023 et El. 671 sqq.

1253. παρούσης οὐσίας. An πατρῴας? Fons erroris est in aprico.

1422. L. ἔστιν τι (*sunt aliquid*, i. e. multum valent) κἀκεῖ

τἀνθάδ', ὡς ἐγὼ λέγω. *Tangunt mortuos, quae in terris fiunt* (in honorem ipsorum). Vulgo κἀκεῖ κἀνθάδ' ὧν κτέ.

1448—1451. Si genuini sunt, tribuerim Helenae.

1598. λοῖσθον ἀρεῖται δόρυ. At erant *inermes*. Fort. κόντον ἀρεῖται δόρυ i. e. *ut hastam, pro hasta*. Cf. H. F. 481 sq. Vide Alc. 254 et I. T. 1350. Cf. Senec. H. F. 773.

1659. L. κἂν pro καί.

Herc. Fur. 38. Spurius videtur. Suspecti praeterea vss. 183, 154 sq., 345, 347, 493 sq., 575, 1344, (qui male explet ellipsin).

72. Unice verum ὑφειμένη, quod male in ὑφειμένους mutant Kirchh. et Nauck. Cf. Phoen. 30.

168. Pro δίκην conieci πικρούς.

171. Pro παιδός si scripseris αὐτός, nil erit hoc loco planius.

202. ὡρμισμένους. Immo ὡρμισμένον.

272. χαίρεις corruptum. An γαῦρος (sc. εἶ), i. e. *insolenter te geris?*

282. Pro τρόπῳ suspicor πότμῳ.

290. εὐκλεὴς errore repetitum e. vs. 288. Sententia postulat οὐκ ἔστιν.

313. Supple ῥᾳδίως (σφ') ἔπαυσα γ' ἄν.

486. συνενέγκαιμ' labem suscepit ex ἐνεγκοῦσ' (vs. sq.). L. συλλέξαιμ', quod apibus mel *colligentibus* proprium.

492. κἂν (pro καὶ) σκιὰ φάνηθί μοι rectissime Heimsoethius K. S. p. 339.

579 graviter corruptus. An: τῶν δ' ἐμῶν ὕπερ | οὐκ ἐκπονεῖν τόδ' ἆθλον;

582. L. δίκαιά τοι τεκόντα σ' (pro τοὺς τεκόντας). Sin minus, expungendus v. 583.

936. Pro πόλιν malim μολὼν quam πάλιν cum Scaligero.

992. Suspicor: ἀλλ' ἦλθέν, ἕλκων νεῦρον ὡς (pro εἰκὼν ὡς ὁρᾶν) ἐφαίνετο (sc. Hercules), Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος.

1056. ἀπόκρυφον — κρύψω mire dictum. Dubitanter propono ὑψόροφον, quod iungatur cum μέλαθρον.

1102. εἰ πάθοι. Immo vero εἰ μάθοι. Cf. 1098.

1145. Sententia suadet: φέρ' ἐγκαλύψας κρατὶ κτέ. Cf. 1185, 1189, 1213.

1284. Post ποταμῶν duo hemistichia excidisse arbitror in

hunc sensum: μὴ ἀπολούσασθαι δέμας | ῥείθροισιν ἁγνοῖς. Deinde aliquis malit: κᾆτα τὸν τροχήλατον κτέ.

1355. Pro χῶ l. καὶ. Cf. Suppl. 1092.

Elect. 61. χάριτα in senariis non ferendum. Transpone: τιθεμένη χάριν πόσει.

108. Pro ἐν requiro ἐπί. Cf. 55.

110 sq. abesse malim. Non minus suspectum habeo vs. 308.

161. οὐ μίτραις γυνή σε δέξατ' οὐδ' ἐπὶ στεφάνοις. Aut ego fallor, aut poetae manus fuit: οὐ μύροισι κτέ.

169. Conieci; ἔμολε τις ἔμολε παρ' ἐκτοπίους (pro γαλακτοπότας) ἀνὴρ | Μυκηναῖος οὐριβάτας, in quibus ultimum vocabulum est Acc. Pluralis. Ad ἐκτοπίους cf. 96, 246, 299.

276. πατήρ. L. πάρος.

335. ὅ τ' ἐκείνου τεκών. Immo vero: ὅ τε πῖνος πέπλων. Cf. 184 et 305.

370. Pro ἄνδρα unusquisque scripserit παῖδα.

372. Pro λιμόν suspicor λῆρον, i. e. *nugas*. Verbo ληρεῖν usus est Soph. Trach. 435.

458. L. Φρυξὶ τετύχθαι (pro Φρύγια). In antistrophe bene Nauckius: ὄμμασι τάρβος (pro τροπαῖοι).

621. προσηκάμην τὸ ῥηθέν. Suspecta forma Aoristi pro προσείμην. Nec προσίεμαι valde arridet. Proprium in ea re est ἐδεξάμην. Cf. Soph. El. 668.

841. ἤσπαιρεν ἠλάλαξε. An ἐσφάδαζε? Cf. Eur. Fr. Inc. 167, 3 et 201, Soph. Fr. Inc. 63, 1, Aesch. Pers. 189. Nauck. coniecit ἐσκάριζε.

907. δι' ὄρθρων. Immo δι' ὀρφνῶν, i. e. ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτός. Cf. Hipp. 376, Rhes. 697.

1019. Pro οὐδ', una mutata litera, l., οἶδ', i. e. *sat scio*. Cf. v. c. Med. 935. Sententiam non verba restituit Kirchh. corrigens τέκν'.

1110. ὡς μᾶλλον ἢ χρῆν ἦλασ' εἰς ὀργὴν πόσιν. Manifesto haec pugnant cum v. 27. L. πόσις, nam ἦλασ' est 3 pers. et intransitivum. Cf. Heracl. 904 et Bacch. 853.

1300. Pro ἔδοσαν l. ἔθεσαν. Cf. Hec. 358, Rhes. 915, Heracl. 990.

ANECDOTA.

Quum ante hos septem annos degebam Mediolani, diligenter usus sum codice Ambrosiano C. 222, qui a scheda 43 ad 108 continet Aristophanis fabulas tres, Plutum, Nubes et Ranas, *cum prolegomenis et scholiis* Joannis Tzetzae. Quicquid autem in immensa ineptiarum et quisquiliarum farragine non plane inutile et indictum ab aliis videbatur, enotabam; paucasque revera e stercore margaritas colligere improbo labore mihi licuit. Sed nesciebam iam anno 1848 Henricum Keilium eundem codicem, quem primus indicaverat A. Maius Spicil. Rom. V. p. 247, inspexisse, indeque edidisse et illustrasse Tzetzae prolegomena in Musaei Rhenani tom. VI p. 108—134 et 234—257. Nec tamen operam me prorsus perdidisse mox intellexi. Etenim quae Keilius ibidem p. 616—618 communicat e scholiis Tzetzae veterum auctorum fragmenta, ea opera mea augere possum tum aliis quibusdam tum egregio fragmento Hipponactis, quod aliunde notum non esse video e Bergkii editione III Lyricorum Graecorum, cuius pars nuperrime prodiit. Legitur autem in scholio ad Pluti v. 90 hocce: Τυφλὸν δὲ τὸν Πλοῦτόν φησιν ἐξ Ἱππώνακτος, τοῦτο σφετερισάμενος· φησὶ γὰρ οὕτως Ἱππῶναξ·

ἐμοὶ δὲ πλοῦτος, ἐστι γὰρ λίην τυφλός,
ἐς τῷκί ἐλθὼν οὐδάμ' εἶπεν· Ἱππῶναξ,
δίδωμί τοι μνᾶς ἀργυρίου τριήκοντα
καὶ πόλλ' ἔτ' ἄλλα· δείλαιος γὰρ τὰς φρένας.

Vss. mixtos esse vides ex iambis et choliambis. Cff. ap. Bergk. fr. 5, 7 et 8.

Iam ex Erotiano notum est fragmentum eiusdem poetae, quod exstat in scholio ad v. 535 Pluti: Φῴδων — λέγονται δὲ (οὕτω) καὶ τὰ ἐκ ψύχους ἐκκαύματα, ὡς καὶ Ἱππῶναξ φησί· Πρὸς τὴν μαρίλλαν τὰς (sic) φωΐδας θερμαίνων. Est ap. Bergkium fr. 59, quo auctore Erotiani codd. exhibent: πρὸς τὴν μαρίλην τοὺς παῖδας θερμαίνων οὐ παύεται. E Tzetzae autem lectione nunc apparet acu rem tetigisse unum Brinckium perite corrigentem: Πρὸς τὴν μαρίλην φωΐδας τε θερμαίνων | οὐ παύεται.

Minus utilis est annotatio ad v. 435: κάπηλις] ἡ κακύνουσα τὸν πηλόν, ἤτοι τὸν οἶνον, ὡς καὶ ἄμπελος ἡ ἔμπηλος οὖσα καὶ ἔνοινος· ὅτι δὲ ὁ οἶνος χάλις τε καὶ ἔρπις λέγεται καὶ πηλός, Ἱππῶναξ μέν φησιν ὁ λέγων·

Φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.

καὶ ἀλλαχοῦ·

ὅκου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει.

Τρυφιόδωρος δ' ἐν τῇ Ἁλώσει γράφει·

γαῖαν ἀνεκνίσσωσε χυτὴν εὐώδεϊ πηλῷ.

Prius fragm. Hipponacteum plenius legitur ap. Bergk. 73, posterius facit v. 2 fragm. 51. Versus Tryphiodori est 349. Alibi in iisdem scholiis citatur v. 28.

Ex epico recentiore sumtus est vs., quem affert Monachus ad Nub. 91: Δεῦρό νυν. Τὸ δεῦρο παρ' Ὁμήρῳ καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα λαμβάνεται — οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τοῦ ἐλθὲ τοῦτο δέχονται·

Δεῦρό μοι ἐς φιλότητα· τί δὴ ῥοθίων ἀλεγίζεις;

Musaei autem hunc versum esse vix dubitabis, lecto Tzetzae scholio ad Nub. 690: τὸ δεῦρο [ἴθι] ὡς παρ' Ὅμηρον καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς καὶ τῷ Ἀριστοφάνει ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα λαμβάνεται (cod. λαμβάνονται), παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις ἀντὶ τοῦ ἐλθέ, ὡς παρὰ τῷ νεωτέρῳ Μουσαίῳ κτέ.

Eiusdem Musaei ἐκ τῶν Ἐφημερίδων fragm. e scholio ad Nub. 1132 petivit Keilius l. l. p. 617, sed tertium ego repperi in scholio ad Plut. 538: Καὶ ἡ φθεὶρ καὶ ἡ κώνωψ καὶ ἡ κόρις εἰ βουληθείη τις καὶ θηλυκὰ Ἀττικῶς εἰπεῖν, κἂν καὶ ὁ μέγας Ὀρφεὺς ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν ἀρσενικῶς κόριας λέγῃ·

καὶ κόριες μιαροὶ καὶ ἔσχατοι ἀμφαφάμεθα (sic).

Legendum videtur ἀμφαφάασθαι (cf. Orphei Λιθικῶν v. 188), sed ne ἔσχατοι quidem sanum esse arbitror.

Schol. ad Nub. 919. οἷον πτωχὸν Εὐριπίδης συσκευάζει τὸν Τήλεφον στρατηγὸν ὄντα Μυσίας μετὰ πηρίου ἐλθόντα προσαίτην εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ τῆς Ἀγαμέμνονος αὐλῆς μόλις πυλωρὸν γεγονότα.

ad. Nub. 1068. Fabulae de Achille servato a Peleo haec subiunguntur: Ἀχιλλέα δὲ οὕτω συνέβη παῖδα καταλειφθῆναι Πηλεῖ

ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλῳ σποδουμένων
μοῦνον φλέγουσαν ἐξαλύξαντα σποδόν.

Primo obtutu Sophoclis me e Peleo aliave fabula fragmentum eruisse putabam; mox vero tum propter σποδουμένων (a σποδοῦν. Cf. Lycophr. Al. 178) usurpatum, quo sensu antiquum est σποδιζομένων, tum propter novum usum vocabuli φέψαλος eam opinionem falsam esse intellexi. [1]) Videndum igitur, ne ludificetur nos lusu suo Tzetzes, etsi fatendum est, reliqua eius παίγνια esse ἑκατὸν σταδίοισι peiora.

ad Ran. 142. Hoc scholium eadem continet quae cod. Regius (in adnotatione ad schol. Arist. ed. Didot. p. 517 A), nisi quod a fine additur: ὡς Εὐριπίδης διδάσκει τοῖς δράμασιν αὐτοῦ. Euripidis igitur *Pirithoum*, quae in eo scholio memorantur, fontem habere paene certum est.

ad Plut. 11 et 116. Sine fabulae ac poetae nomine affertur notissimum Aeschyli fragmentum e Niobe (180): Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται.

ad Plut. 90: τυφλόν· ἀπροόρατον, ἀπροσκόπητον· ὡς καὶ Ἡφαιστίων. Cf. Schol. ad Nub. 563 et ad Ran. 1164.

ad Plut. 253: — ἐντεῦθεν δὲ (εἰσὶν) τετράμετροι, οὓς οἱ διδάξαντες περὶ Κωμῳδίας ὁ ἐξ Ἁλικαρνασσοῦ τε Διόνυσος Εὐκλείδης τε καὶ ὁ Κράτης ἀναπαίστους φασίν, ἐγὼ δὲ ἀντισπαστικούς τε καὶ παιωνικούς. Luculento hoc testimonio dirimitur quaestio, quam

1) Ne quis forte contendat formam μοῦνον pro μόνον pugnare pro illa sententia, moneo Sophoclem huius vocabuli paenultimam non producere nisi ubi metro postuletur. Praeterea σποδουμένων — σποδόν non est elegantiae Sophocleae.

movit Keilius l. l. p. 130 sq. Eosdem grammaticos impugnat Tzetzes ad Nub. 563.

ad Plut. 436: — οὐκ ἔστι κυρίως ταῦτα λεγόμενα παραχρηστικῶς δέ· ἥ τε κοτύλη καὶ τὸ τρύβλιον καὶ τὸ κεράμιον καὶ περὶ ὧν ἡ βασιλὶς Κλεοπάτρα διδάσκει Ἀφρικανός τε καὶ Διοσκουρίδης ὁ Ναζαρβεύς (sic pro Ἀναζαρβεὺς) κτέ. Similiter ad Nub. 1238: ὁ δὲ χοῦς εἶδος μέτρου ἐστὶν, ὡς Διοσκουρίδης ὁ Ναζαρβεὺς καὶ μυρίοι ἕτεροι γράφουσιν, et ad Ran. 972: — ἡ βασιλὶς δὲ Κλεοπάτρα καὶ Διοσκορίδης ὁ Ναζαρεὺς (sic) Ἀφρικανός τε, ὅσοι περὶ μέτρων συνέγραψαν καὶ σταθμῶν, τὸν ὀξύβαφον, τὸν ξέστην, τὸ τρύβλιον, τὸ κεράμιον καὶ ἕτερα εἴδη μυρία σταθμῶν ὑγρῶν πόσα ταῦτα λέγουσιν, ἃ εἰς σπουδαίου τινὸς καὶ ἀξιοζήλου συγγράμματος ἔδει μὲν γράφειν οὐκ εἰς θυμελικὴν δ' ἐπεξήγησιν.

ad Nub. 71: — καὶ περὶ τὸν Διόνυσον ἦν τις ἑορτὴ Φελλῆς (sic) καλουμένη, ἥτις ἀρχομένων τῶν Διονυσίων ἐγίγνετο. An homo stupidissimus voluit Φαλῆς?

ad Nub. 109. Hunc Leogoram distinguendum monet a patre Andocidis.

ad Nub. 788. βολβοὶ δέ εἰσιν εἶδός τι κρομμυῶδες παρεμφερὲς πάνυ κρομμύοις σμικροῖς, τινὲς δ' οὐκ ὀρθῶς ἐνόμισαν βολβοὺς τὰ οἶδνα (= ὕδνα) καλεῖσθαι — τῷ Δημοκρίτῳ δὲ κεφαλοβαρῆ ταῦτα καλεῖται. Difficile dictu est, ad quodnam e Democriti operibus *physicis*, quorum πίνακα confectum a Thrasylo vide ap. Diog. Laertium, hoc fragmentum referendum sit. E libro περὶ χυμῶν petitum est procul dubio quod legitur in Damoxeni comici Συντρόφων fr. (ap. Mein. IV. p. 531) v. 31: χυμός, λέγει Δημόκριτος, οὐδὲν πρᾶγμα γὰρ | ποιεῖ γενόμενον τὸν φαγόντ' ἀρθριτικόν, ut haec verba correxi in *Addendis criticis ad Meinekii opus, Fr. Com. Gr.* Lugd. Bat. 1864.

ad Ran. 86. Vulgo Φαύλου, Tzetzes recte Φαΰλλου.

ad Ran. 541: — πίνων δὲ (Theramenes) τὴν κύλικα τοῦ φαρμάκου — βραχύ τι ἐκ τούτου ἀπεκοττάβισε τῷ καλῷ Κριτίᾳ εἰπών, omissis vocabulis τοῦτ' ἔστω, quae interpolarunt librarii Xenophontis Hell. II 3 § 56. Vide Cobetum in Mnem. VI p. 48, quem male nuper refellere aggressus est Holwerda in *Adnotatione critica ad Hell.* p. 49.

ad Ran. 840: Εὐριπίδης υἱὸς ἦν Μνησάρχου καπήλου καὶ Κλειτοῦς

λαχανοπώλιδος· παιδίον ἔτι δὲ ὢν Εὐριπίδης ἐν σάκκῳ ταῦτα (τὰ λάχανα) νωτοφορῶν ἐς τὴν ἀγορὰν τῇ μητρὶ ἀπεκόμιζε κτέ. Ultima a Tzetzae auctore e veterum comicorum in Euripidem dicteriis petita videri possint. Fortasse tamen est ipsius Tzetzae αὐτοσχεδίασμα.

ad Ran. 1339: κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν· πρὸς τὰ ἐν Ἱππολύτῳ (123) βαπτὰν κάλπισιν.

ad Ran. 1340: ὡς — ἐπικλύσω· ἔστι τοῦτο μεταποιηθὲν ἐξ Ἑκάβης. Laudat autem Hecubae vss. 84—86 sine varietate.

ad Ran. 1341 ἰὼ πόντιε δαίμων· „καὶ πόντιε ἵπποισι διφρεύων „ἅλιον πέλαγος" Τρῳάδων Εὐριπίδου. Haec verba non in Troadibus leguntur sed in Andromeda vs. 990.

Sed chartae et otio lectoris parcere satius duco quam plura e copiis scilicet Tzetzae proferre.